

## **Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici**

Quæ Servitvs Peccatorvm Seu Conciones De Prodigis vilißimâ seruitute

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

Concio Prima.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55957](#)

## CONCIO PRIMA.

5.15. Καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἐν τῷ πόλιτῷ τῶν χωραῖς  
ἔκεινος.

5.15. Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius.

5.15. Abiens itaq; se adiunxit vni ex filiis ciuitatis,  
(ciubus) regionis illius.

## ARGUMENTVM.

1. Proemium super desiderio apparenti prodigi quo  
parens angebat. 2. Gaudium regionis absceden-  
te prodigo. 3. Citissimè exiuit prodigus loco inho-  
nesto; optime; & cur citissimè. 4. Peccata, poti-  
simū carnis mittantur citò; 5. Quare ad patrem  
non redit. 6. Cur ad hoc à Deo necdum inspiratus.  
7. Corripiebat, siniulq; iuuabat prodigum Deus, &  
quare. 8. Quibus se probè instructum probauit pro-  
digus. 9. Seruì in Dominum officium. 10. Obse-  
quutus est prodigus domino inclito, constantiq;, 11.  
vni, uno tempore adhæsit: unitatis laus. 12. Domi-  
num non inuitauit. 13. Spectatus vir fuit Dominus  
eius: laus, vituperiumq; aulae, obiter. 14 breuis e-  
pilogus.

**A**vidistis huc vsque, Auditores, famem, egesta-  
temque prodigi nostri. Auditio haec tenus in-  
ope, amabo, non speratis Christum narraturū,  
missio prauo sodalitio famelicum hunc curriculò ad  
patrem reuersum? Opinor. Repetit oppidò patrios  
lares Parisiensis studens, ut cellulæ fricandum, abli-  
guriendumve nihil inest: falco aucupis brachium:  
lupi, ea loca, in quibus quondam farciendo sto-  
macho opimam prædam deprehenderunt: hinnuli,  
mattum vbeta; mox vt fame, aut siti laborant.

## 4 DE FILIO PRODIGO

Non existimatis quoque afflictum parentem, percep-  
to forte rumore nonnullo famis regionis, aut subue-  
rentem nati indigētiā, has aut similes funebres can-

**2 Reg. 18.** Absalon fili mi, fili mi Absalon: Reuer-  
**Cant. 2.** tere, reuertere; similis esto dilecte mi caprea, hinnuloq; cer-

norū, marrē sedulō quērenti, vrgente siti? Reuertere ad  
me tu, extrema inopia laborans? Quis ambigat? Ita  
enim Dominus, in hoc prodigi patre adumbratus,  
clamore poscit miseros peccatores, & ad se inuitat, re-  
ficiendos, subleuandoque ætumnosos.

**Matt. 11.** Venite ad me omnes qui laboratis & onerati  
estis, & ego reficiam vos.

**Joan. 17.** Si quis sit it, veniat & bibat.

**Isa. 55.** Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non ha-  
betis argentum, properate, emite . . . emite absq; argē-  
to & absq; illa commutatione vinum & lac. Quis du-  
bitet patrem lugentem audiū desiderasse perditi na-  
ti redditum, quam hunc famelicum cibo inhiasse; aut  
lassatum, æstuanteque cervum limpidos quæritare  
fontes? Quis quoque dubitet optimum Deum, no-  
stūm prodigorū, & miserorum peccatorum patrē  
magis sitire redditum nostrum, conuersionemq; ad se,  
quam nos ad dulceacidas illecebros voluntatum ina-  
nium anhelemus?

**Cur famēs prodigus non redit iūcō ad patrē.** Ezech 33. Nolo mortem impij, sed ut conuertatur im-  
pius à sua & viuat. Nil magis cupio quam redditum  
peccatoris, ab exitu peccati; quam recursum ad me ab  
excursu erratico ad creaturas; ut viuat penes me, quā  
moriatur procul à me. Summo tenebatur filij deside-  
rio parens, & anxiōri quam filius patris. Et certè ope-  
ræ pretium erat repedare. Ast, Prō dolor! narrat Chri-  
stus longius abscessisse, & in altiore lapsum miseriā,  
aut malitia & obstinatione; aut formidine; aut iusti-  
tia Dei, acrius punitum volentis, pro ratione offensa-

**Propositio rum.** Satis luerat animo paterno; ast fortassis non,  
concionis. iustitiae Dei. Abiit, ergo; ulterius progressus, inquit  
textus, & adhæsit vni ciuium regionis illius. Fæliciter  
ipsi. verūm hac concione indagemus, vnde & quomo-  
do abierit; quid laudandum, quidve imitandum mó-

stre-

## CONCIO PRIMA.

3

stremus, non minus quam quid vituperandum, quid fugiendum, ex litteræ tenore, licet iuxta id quod in uolucro eius tegitur nihil laudabile in eo deprehendatur quoad impænitet. Ea fælicitate de recessu prodigi, vilique seruitute differam utinam, vt exinde ansam arripiamus adhærendi indiuiduè Deo, nec alteri famulari Domino, quam summæ diuinæ cius Maiestati. Quoad, in hac nostrarum concionum regione prodigum pascantem exhibeo porcos, utinam pastor ouium ego verus, pascens animos vestros, nō siliquis, & verbis vanis, sed veritate & doctrina, qualcm nouit Deus opus esse stomachis Christianorum. *Porci fili-quas.* Inuocemus opem mediatricis nostræ solitæ.

## A V E M A R I A.

2. Si innocua columba immittis mylui rapaces vngues euadens: inermis ouis famelici lupi dentibus crepta: Daniel insons lacu leonum iustifico eductus beatos se putant: dicam quoque hilarem faustum que diem quo dicitur prodigus abiisse, & abiit; & ipsi, & loco, à quo abscedebat. Certè non sunt adeò infensi, myluus palumbæ, lupus oui, leones, triduana inedia rabidi Danieli, ut scorta, mylui, lupæ, leænæ in humana, pernitiei erant prodigo, & hic prouinciae in qua degebat. Nunquā profligato illi illuxit serenior dies: alijs primis enim in perditionem iuit. Quo ab indulgentiore parente portionem substantiæ obtinuit, is ianuam perditioni deseruit: qui sequentes perduxerunt in regionem longinquam procul ab oculis Argi, in barathrum voluptatum demiserunt: qui verò nouissimi fame presserunt, ad innocentiam & salutem auditum aperuerunt: hoc gradum in viam salutis intravit; qui incipit à desertione contuberniorum exitium. Hæc dico, supponens hanc parabolam rei veraciter gestæ esse narrationem historicam, secundum genuinam verborum usurpationem: namque ex significatu abstrusiore, funestus certè & miserabilis fuit accessus, scilicet peccatorum noua accessio, ut fauenti-

*Vide tom.  
1. harum  
concionie.*

## 6 DE FILIO PRODIGO

bus Superis dicemus in sequentibus. In quo sensu,  
 particulæ istæ, Et abijt, exigunt pronuntiationem  
 cuim admiratione dolentis. Q. B. Quæ cum gesta  
 sunt, eheu! abijt. Alioqui historicè, adstruo ipsi fau-  
 stissimum diem. Nam tametsi abiaret, infelicitor futu-  
 rus, nimirum seruus; adhuc sit uni ciuium regionis illius,  
 subulcus, misit eum in villam suam ut pasceret porcos:  
 cui non suppterent siliquæ porcorum quas denti-  
 bus premeret; cupiebat implere ventrem suum de sili-  
 quis, quas porci manducabant, Et nemo illi dabit; de-  
 niq[ue], stillicidium, arca, asilum miseriaturum: nihilose-  
 cius, mala ista ad sensum historicum, pænæ fuerunt,  
 non culpæ mala ista pænæ, fuerint ipsi igni purga-  
 torio expiandis malis culparum nuperarum: mala i-  
 sta pænæ effecerunt ut promptius mitteret mala cul-  
 pa; citius & libentius rediret ad patrem: affixerunt  
 corpus, ad tempus. denique malis istis valefecit con-  
 forcijs, quorum causa pistrino arcuus asino adstrictus  
 erat; aitius deprimebatur quam ad ipsam porculatio-  
 nem; acriore diuexabatur fame Cerbero tartareo, aut  
 Titij vulture: deniq[ue] ad summas corpore & coide adi-  
 gebatur miserias. Qui fornicatur, in corpus suum peccat:  
 necnon animo, cum demum vnâ deuoluimus ad tor-  
 menta æterna. O faustum verbum, abijt! O festum, be-  
 atumq[ue] ipsi abscessum! O immensa itineru[m] spatia quæ  
 feliciter emensus est, erumpens solummodo è locis  
 fædis! Tibi quoq[ue] miseræ & afflictæ viri profligatum  
 hospitem gremio tuo fouenti insonuisserne gratius,  
 spustiusue hoc nuntium? Abijt prodigus. Abijt, excessit,  
 orat. 5 in euasit, erupit: nulla iam perniciës à monstro illo atq[ue] por-  
 Catil. ini ciento manib[us] ipsis, intra mania comparabitur. Exce-  
 dente eam inso manibus tuis, vnâ effluxit pestilens,  
 virulentumque cænum; derodens cancer; vniuersa  
 absument bruchus; ciues tuos opprimens, consciens  
 que tyraonus: in posterum indigenis tuis non erit  
 Vnde, cur, causæ famis monstrum istud, prodigiumue naturæ,  
 quomodo sceleribus suis, Abijt. Io, Jo, quantum gaudium!  
 abijt pro- Atat. vnde abijt? Aut domo; si tamen eius fuerit  
 digus. prudentiæ ut vnam habuerit; aut potius ab antro, in-  
 fando.

Cicero

orat. 5 in

Catil. ini

zio.

fandoque barathro hospitum & meretricum suarum  
 à quibus eò usque suscepimus fuerat; quin potius inca-  
 ueatus, & conclusus suis sumptibus, quoad crepita-  
 bant loculi; nec momento amplius. *Hos timentum est Plautus in  
 opera pro pecunia. Exiit antro, ut lupa famens: aut forte Asinaria.*  
 sponte, quanquam non sine dolore, cui utique lixan-  
 dum, fricandum quod premeret ore nil supererat;  
 nec ignorans, eiusmodi tabernas, nundinasq; sine pe-  
 cunia peti; quæ nulla arridente questus spē vacant,  
 ligneumque preseferunt vultum. Ouid. Eleg.

*Stat meretrix certo cuius mercabilis are.*

Probè nouerat pallacas colere venustulos quoad  
 auro turgent loculi; atque forte ideo abijt. *Plaut. in  
 Amphyl.*

*Portitorum simillima sunt ianuæ lenonia.*

*Si affers, tum patent: si non est quod des, ades non patet.*  
*Macroped. in Asoto Act. 4. Chorus.*

*Tantissimæ adolescentulum  
 Amant, souentque lubricum  
 Dum possidet quod porrigat,  
 Et porrigit quod possidet.  
 Si quid feras, acceptus es:  
 Si nil feras, exclusus es.  
 Si quid feras, amator es:  
 Si nil feras, amaror es.*

Ouid.

*Cause ne gravis hic tibi constet amor.  
 Qui dabit, ille tibi magno sit maior Homere.*

Idem.

*Tolle tuos tecum pauper amator auos.  
 Quantum quisque ferat, respiciendus erit.  
 Si tibi nil dederit, sacraroganda via est.*

Idem.

*Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

Proper. 1.4 eleg. 5. Lænæ verba.

*Ianitor ad dantes vigilet, si pulset inanis,*

*Surdus in obductam somniet usque seram.*

Paulò post. *Aurum spectato, non que manus affe-  
 rat asirum.*

*Versibus auditis, quid nisi verba feres?*

*Quidam*

*Thaïda si quis amat, non se, sua credat amari:*

*Thais amore carens, munus amantis amat.*

ii.

Aut bellæ hospites illæ haud obscurè insinuarunt,  
& toruis aspectibus, & illautis, tenuibusque epithisis,  
præter solitum morem, & crebris facetijs salacibus,  
ambiguisue, receptui canendum: vnde secum statuit  
ijs missis studere rei alteri.

Aut, eo expilatum infensius quam mare à pyratis;  
deplumatum voracius quam palumbes à vulture;  
conculcatum pressius, quam vuæ in torculari; focis  
abscedere, & fustibus, & linguæ petulantia coegerunt

*Hierony.* (dignum certe obsequij scitis amasiolis præstiti præ-

*Natalis* mium.) Per luxum consumptis omnibus extruditur à  
annot. ad meretricibus, ait quidam. Quod facile crediderim;

*43. imag.* quia diuinæ iustitiae conformius, decentiusue, cum  
corripi tali modo, necnon alios exemplo doceri non  
deperire, saginareque harpyias; quæ spolijs procorum  
graues, eos velint nolant nidis suis abigunt vnguis,  
pennis, rostris; & subridentes inhumanè iactant: Ad a-

*Plautus* Ilos; hi deplumes. *Quasi piscis itide est amator lana:ne-*  
*in Afina* *quam est, nisi recens.*

*ria, ubi* 3. Aut vitio se recipiens; aut insinuanter dimissus;  
multa de aut asperè, ignominioseque ciectus abiit è loco turpi  
ingenio ocyus, meo iudicio, de valefactione parùm anxius.

*Lauarum.* Certè mihi religioni est admittere placitum eruditii  
Citissim è cuiusdam expositoris nostri æui, scribentis particu-  
abijt pro- las. Et abiit, hebraismum esse, & ornatum sermonis;  
digus.

idemque valere ac si dicatur: Statuit apud se prodigus  
adhærere domino cuidam: ut nullum penè si-  
gnificatum sortiantur hoc loco. Nec enim Hebrai-  
cè quorsum ergo scripsit Euangeliū Sanctus Lu-  
cas, sed Græcè: inquirantur, admittanturue in eo  
hebraismi? Adhæc Theophylactus, & alij exponunt  
hunc prodigi recessum, de ulteriori in peccatis profe-  
ctu. Accedit, quod ad litteram, recessit prodigus ab  
inhonesto loco; circumcurritque quærens cui fa-  
mularetur. *Quocirca malum credere verbum abiit nō*  
*appo-*

appositum ad ornatum, & ut peculiariter, emphatice-  
que denotet recessum. Quin persuadeo mihi Interpretē  
latinum usum dictione trisyllaba breui. *Abiit*,  
tribrachijs est, vel ut alij volunt, *trocheus*, per syncopē  
in medio resciſſa, *abiit*, pro *abiuīt*, ut mutilatum  
verbum, & syllaba naturā longa facta breuis relecti-  
one expressius denotaret recessus festinationem.  
*Spiritus in scriptore nunquam, sapè in interprete.* Ete-  
nīm quandoque corripiunt Poetæ syllabas alioqui  
natura longas, ut euentus velocitatem signent. Ob-  
ſtupui, steteruntque *comæ*, & vox fauicibus hæſit, infit  
Virgilius de ſubito quodam horrore: utuntur quoque  
Daëtylis velocibus, ſpondæorum tardorum vice  
(ſpondæos stabiles vocat Horatius in arte) ut rei præ-  
properanter gestæ denotent accelerationem. Virgi. 2.  
Æneid.

*Obſtupuere animi gelidusque per imam currit  
Ossa tremor, cui fata parent, quem poſcat Apollo:*

Item. 8. Æneid.

*Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campū.*  
Q. intil. l. 9. instit. cap. 4. Quo quinque pedes ſunt  
temporibus pleniores, longisque ſyllabis magis ſtabiles, hoc  
grauiorem faciunt orationem, breues celerem ac mobi-  
lem. Vtrumque locis utile. Nam & illud ubi opus eſt ve-  
locitate, tardum & ſegne: & hoc ubi pondus exigitur, præ-  
ceps ac resultans, merito damnetur.

Singulari itaque artificio reor Interpretēm usum  
dictione syncopata, & verbum *abliuit*, ad tres reduxiſ-  
ſe ſyllabas dicendo, *abiit*, atque hoc loco appoſu-  
iſſe ſubsequentes inuicem quinque, ſexue breuiores  
ſyllabas, longarum vice, aut ut designet velocius  
abire coactum, aut ſpontē citiſſimè elapſum. Adhæc,  
narrans Christus Laconicè hunc prodigi abſceſſum,  
nulla deliberatione, nulla valedictione facta, & inſa-  
lutato hospite, quod aiunt, abire exhibens, videtur pro-  
digii prudentiā notasse, quaſi probè ſcientis non mul-  
tiſ consiliis utendū, ſuper iis ad quę necessitas & Deus  
compellebant: multis colloquutionibus cum concu-  
pientia deliberandum, ne viſco eius detineri cōtin-

A s gat:

## 19 DE FILIO PRODIGO

gat: non valefaciendum amasiolis, ne segnes resuscitarent ignes: nec à stultu is illis vale exspectandum, ne vultu lugubri & lachrymis, armis potentioribus, fixus hetereret. *Vi flerent, oculos erudiere suos.* Auditus, visus, tactus, omnes denique viri sensus fascinantut, voce, aspectu, solo at tactu manus muliebris. *Vixque videndo femina,* ait quidam: *Suspicari poterat facilè, si earum in se amor siq[ue] non erat, conquæsturas, lachrymaturas, euulsuras comas, pectus tunsuras, ante fores, pœcubituras ut exitum pœcluderent; mansuetudine, & rigore, blanditijs & improprijs, diris, imprecationibus malorum aëcturas.* Virg. 4. Æneid. Didonis voces in casu simili ad Æneam:

*Per connubia nostra, per incertos Hymenæos,  
Si benè quid de te merui, fuit aut tibi quidquam  
Dulce meum miserere domus labentis, & istam  
Oro, si quis adhuc precibus locus exul mentem.*

Idem ibid.— *Duris genuit te cautibus horrens*  
*Caucasus, Hyrcana &c; admirunt ubera tigres,*  
— *eiectum littore, egentem.*  
*Excepit, & regni demens in parte locauit;*  
*Amissam classem, socios à morte reduxi.*  
Quid. in epist. Heroidum Didonis ad Æneam:  
*Telaphus, & montes, innataq[ue] rupibus altis,*  
*Robora, te saepe progenuere fera.*

Virg. 4. Æneid.  
*Spero equidem mediis, si quid pia Numinia possunt,*  
*Supplicia haesurum scopulis*  
— *sequear atris ignibus absens.*  
*Et cum frigida mors anima seduxerit artus,*  
*Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pennas.*  
Collo suo pendulas nequaquam auelli posse. Quid. I.  
Trist. eclog. 3.  
*Vxor amans flentem, flens acrius ipsa tenebat,*  
*Non potes auelli, simul ibimus, inquit;*  
*Te sequar, & coniux exulis exul ero.*  
Nec enim villum relinquunt intentatu artificium me, reticulæ, ut abscedere gestientis animū labefactent: genuinæ, inq[ue], hyenes illæ, quæ, ut fertur, in sequentem fugiunt

Virg. l. 3.  
Georg.

Quid. in epist. Heroidum Didonis ad Æneam:

fugiunt hominem, & fugientem insequuntur. Me hercule, operosus hoc loco receptus, ut & bello: namque supradicta hominem sic desigunt, ut nisi speciali gratia Dei, & Angeli manu forti Loth compellentis pertrahentisque nunquam Sodoma excederet: ni importunè instaret, vrgeretur Mercurius, amanissimam Didonem mitteret nunquam iusælix Aeneas. Itaque prudenter insalutatis omnibus abiit prodigus, ne eiusmodi illecebris inuncaretur: sapienter Jacob se recepit à Laban, nemini significato recessu. An prodigus Gen. 34. amoris remedia uti & artem amandi legerat, me certè fugit: saltem ad vtraque gnauus erat.

An forte dicitur oppidò discessisse, ut denotetur conceptus horror sui pernitiiosi status, consortij, exi-

<sup>IL</sup>  
Docet  
prodigus

tialis vitæ, quam eo usque duxeras?

4. Non possum quin dicam hoc loco Prodigum velociter laudandum, imitandumque. Laudabile enim post la- carnis vi-  
psum turpem in peccatum, longas in cæno non duce- tia fugere.  
re moras, sed resurgere cito, ipsumque, & eius occasio-  
nes mittere.

Psal. 1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum:  
& in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentia non sedit.

Sequitur prodigus consilium Spiritus diuini, suadentis peccatum abiq; mora fugere, & quasi anguem horrere.

Eccl. 5. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne dif- feras de die in diem.

Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccata: & si acces- seris ad illa suscipient te dentes leonis, dentes eius interfici- entes animas hominum. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas plaga illius non est sanitas.

Cant. 8. Euge dilecte mi, & assimilare caprea, hinnu- loque ceruorum, super montes aromatum.

Velocius se recipiat homo à peccato, quam dama pauida, aut ouis inermis à lupo; pedibus levioribus, mireque alatis, quam viator fortuitò offendens anguem in via; festinantiis, quam manum recipiat virgo fugiens colubrum quem latere deprehendit in-

ter

Gen. 19.

Gen. 34.

*Eccles. 21.* ter carpendum rosas & lilia componendis sertis, fasciculisque. Hic enim corporibus subest periculum; illic latet virus animis: h̄c remedio sunt medicamina humana: illic, nihil iuuat via naturali. *Plaga illius non est sanitas. Vt sapit, qui cum prodigo fugit!* Eia, fugite omnes.

Ouid. I. 10. Metam:

—*Passu volet alite virgo.*

Virg. 4. Aeneid.

*Non fugis hinc praeceps dum praecepitare potestas?*

Ierem. 48. *Fugite, saluate animas vestras.*

Ierem. 49. *Fugite, & terga vertite.*

Jerem. 51. *Fugite de medio Babylonie:*

Zachar. 2. O. ô, *fugite de terra Aquilonie.*

Ezech. 7. *Saluabuntur qui fugerint.*

Naum. 3. *Omnis qui viderit te, resiliet a te Ninive.*

Apoc. 12. *Mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum preparatum a Deo.*

II.

Laudandus denuò, imitandusque prodigus, a tam subita receptione ex loco male affecto, & consortio prauo, neglectis mutuis colloquijs, disceptationibus, consultationibus prolixis cum sensualitate. Quæcunim colloquium querit cum hoste arx, in hostis potestatem communiter venit: & qui lænis impudicis aurem præbet, victus est: & qui consilium a sensualitate captat super cessione voluptatibus illicitis, & vita contraria nuperæ, pænitentiæ adiuncta severæ, perplexus plerumque hæret, impossibilitatis allegationibus. Testes adueniant S. Augustinus, & S. Cyprianus, quibus arduum fuit eiusmodi consultationibus referre pedem.

D. Aug. to. I. 1. 8. confess. II. *Nuga nugarum retardabant me cunctantem ab ripere, atque excutere ab eis, & transfilire quo vocabar, cum diceret mihi consuetudo violenta: Putasne sine istis poteris?*

D. Cyprianus 12. epist. 2. *Ego, cum in tenebris, atque in nocte etea iacerem, cumq; in solo iactantis seculi, nutibundus ac dubius vestigijs oberrantibus fluctuarem, vita mea nescius, veritatis ac lucis alienus, difficile prorsus ac durum*

## CONCIO PRIMA.

13

durum pro illis tunc moribus opinabar, quod in salutem mihi diuina indulgentia pollicebatur, ut quis renasci de-nuò posset, utque in nouam vitam lauacro aqua salutaris animatus, quod prius fuerat exponeret, corporis licet manente compage, hominem ac mentem mutaret. Quin impossibilis, aiebam, ista conuersio est, ut repente ac perniciter exnatur, quod vel genuinum situ materiae naturalis obdruuit, vel usurpatum diu senio vetustatis inoleuit. Alta haec & profunda penitus radice sederunt. Quando parsimoniam discit qui epularibus canis & longis dapibus assuevit? Et qui pretiosa ueste conspicuus in auro atque purpura fulsit, ad plebeium, se ac simplicem cultum quando deponit? Fascibus ille oblectatus & honoribus, esse priuatius & inglorius non potest.

Idem ibidem paulò post: Vix adhærentibus obsecundans iram desperatione meliorum, malis meis velut iam proprijs & vernaculis affluebam.

Adducit impossibile semper interrogata caro super conuersione vitæ: clamat non alium renasciturum gratia Dei quam natura, aut affuetudine corrupta sit: qui epulis studuit assiduis, nunquam sobrium futurum; qui pretiosis induebatur, plebeis assuefieri non posse: qui honoribus erat conspicuus, priuatam minime posse amplecti vitam: suadet nihil temere & præmaturè arripiendum, conuersionem serio, dudumque trutinandam. Quod proponis, ratiocinatur, arduum est & momentolum, adeoque postulat maturam, longaque deliberationem. Deliberandum diu, quod statuendum semel. Captanda amicorum consilia, tentandas vires, ne facti contingat pænitere serius.

D. Bernardus serm. in illud: Ecce nos reliquimus omnia: Noli, inquit mundi sapientia maledicta, præcipitanter agere, diligenter considera, diligentius intuere. Magnum est quod proponis, & opus habet multa deliberatione. Experiens quid possit; amicos consule, ne post factum pænitere contingat. Sic sapientem fingit stolidissima caro nostra. Ast, quid opus deliberatione, ubi certissimè internum Dei verbum suadet mittere cutem antiquam? vidimus stellam eius, & venimus adorare eum. Vidimus Mat. 2<sup>o</sup>

65

## 14 DE FILIO PRODIGO

*E*s venimus. Si iubet magni consilij Angelus, quem  
consiliatum prudenterem, fideliteremque quæris?  
*Apoc. 1.* Nouit Deus optimè quæ oportet fieri citò, ubi cœcutit  
caro insipiens nostra. Eripereritatur quis hiatui tar-  
tareo imminentem me; ego vero inducias petam, &  
deliberandum nūtem? Subculam peruersant flam-  
mæ, ut Glauci dolo Medeæ, aut Herculis magni igne  
fuscatato ex cruce Nesi; iam latera, & viscera dif-  
fluent, iam sanæi squallidæ diffluent riui; ego vero  
dudum dèliberabo an euigilandum, an in fontem  
cum Glauco insiliendum; an exetiendus sit ignis?  
Quæ veri species?

D. Amb. l. i de Abraham Patr. cap. 2. Sequere Deum.  
Ideo laude dignous & imitandus prodigus, quod omni-  
ni consultatione neglecta; credens ut Abraham in-  
spirationi diuinæ, profectus ex sua Chaldaea in re-  
gionem extetam: quod tauquam Orientis Reges,  
viso sydere instinctus spiritus sancti, in migrationem  
suam miserit. *Vidimus. E*s venimus. Et abiit. Haud fu-  
giebat ipsum, obiecturam carnem, impossibile desere-  
re voluptatem, natura viscosam, & hominem sibi ag-  
glutinantem, ut viscus volucres: fæminæ manus esse  
insolubilia vincula: *Vincula sunt manus illius: inglo-*  
*riuum soluere toties præstitam & repetitam* Idem: ma-  
le auditum masculine serum, si qua periurij & do-  
li succenseri queat à femineo: Denique, certò persua-  
debat sibi non destitutam cupidinem ab allegationi-  
bus innumeris compositis, donec vincitus hæreret:  
quod in simili re expertum se facetur D. Augustinus.

Tomo i. l. 8 confess cap. 11. *Dicbam apud me in-*  
*tus, ecce modò fiat, modò fiat.* Et cum verbo istm ibam in  
placitum, iam penè faciebam. *E*s non faciebam.

Et paulò post: Retinebant me nuge nugarum, & va-  
nitates vanitatum antiquæ amica mea, & succutiebant  
vestem meam carnem, & submurmurabant; dimittisne  
nos? Et à momento isto non erimus ultra tecum in ater-  
num? Et à momento isto non tibi licebit hoc & illud ultra  
in aeternum?

*I*taq; consultum maturare receptum à peccato, nec  
cont.

## CONCIO PRIMA.

Consilia diu captare. Quin iam omnibus dimissis, & atrepta pænitentiae semita, operæ pretium non immorari ruminandis fæcibus, & voluptatibus impiis pristinæ viræ; eas paucis & honestis exponere in aurem sacerdoti, ne forte sub cinere latens ignis reaccendatur. Est etenim caro nostra quasi Naphtha, siue petroleo, quod aiunt, oblita; disposita ad susceptionem flammarum ignis, suscitato vel minimo igne, quin sola nuperorum memoria. Ales fuga necessaria declinanda fornicationi. Virgo permanet Daphne, laureamq; gerit victoriae insigne, sed fuga.

Ouid. i. Metam.

*Sit Deus & Virgo est, hic spe celer, illa timore.*

Atalantes virginitate salua gloriaretur pedum ve-  
locitate si vfa, persequente Hippomane: ast,

Ouid. i. 10. Metam.

*O quoties cum iam possit transire morata est,*

*Spectatoq; diu vultus inuita reliquit.*

Gen. 20. Cælebs Ioseph: sed tanta velocitate elapsus, manibus importunæ dominæ, ut pallium in eius manibus relinqueret. Quanquam omnis peccati fuga sit optima, potissimum carnis vitium fuga superandum est: & litteræ sacræ receptui canunt, ut fuga, talique impetu oppugnetur.

Proverb. 5. *Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina & desere eam.*

Ecclesi. 7. *Qui placet Deo, effugiet illam.*

1. Cor. 6. *Fugite fornicationem.*

2. Tim. 2. *Iuuenilia desideria fuge.*

1. Reg. 19. *Fugit David, & saluatus est.*

2. Reg. 17. *Transferunt festinanter gustata paululum aqua.*

3. Reg. 4. *A bner fuga euadit vim duorum filiorum Saruiæ Joab & Abisai, Asaël verò cursorem velocissimum importunè insequentem occidit.*

Arist. 2. Ethic. c 19 *Vt Troianorum senes erga Helenam se habuerunt, sic & nos ad voluptatem ipsam esse affectos, in omnibusq; illorum dicere vocem oportet fugiamus Helenam scilicet: hoc enim modo remonentes à nobis ipsam, minus pecunibimus.*

Naso

Naso lib. 2. de remed.

— *Loca sapē nō cent, fuge conscientia vestri,  
Concubitus.*

*Hic fuit, hic cubuit, thalamo dormiūimus illo.  
Admonitu recreatur amor, vulnusq; nouatur.*

Quidam: *Cede, Venus cedit: si stas, magis impiale-*  
*dit:*

*Si fugies Veneris pralia, tutus eris.*

*Si cedis, cedit: si fugis, illa fugit.*

D. Hieronymus libro aduersus Vigilantium, imò  
verò Dormitantium copiosè docet fuga vinci carnis  
vitia: *Fateor imbecillitatem meam, nolo spe victoria pu-*  
*gnare, ne perdam aliquando victoram. Si fugero, gla-*  
*dium deuitalabo: si stetero, aut vincendum mihi est aut ca-*  
*dendum.*

Idem ibidem: *Nulla securitas est vicino serpente dor-*  
*mire: potest fieri ut me non mordeat, & potest fieri ut ali-*  
*quando me mordeat. Fugiam ergo, & securus ero, ut di-*  
*cere possim illud psalmi: Ecce elongauit fugiens, & mansi*  
*in solitudine.*

F. Belle  
forest to.  
2. Cosm.  
tit. de mo-  
ribus &  
leg. Par-  
thorum.  
1. Cor. 6.  
Gen. 14.  
Luc. 9.  
Mat. 8.  
Matt. 24.

Superandus hostis ille, ut Parthæ suos superant,  
fuga.

Virgil. lib. 3. Georg.

— *Fidentemque fuga Parthum.*

*Fugite fornicationem: si fugis, ipsa fugit.*

Quid? Quod ad significandam forte huius fugæ  
necessitatem nolebat Deus vxorem Loth ne momen-  
to subsistere, ut retrospiceret? An ideo prohibet aran-  
tem aspicere retrò Dominus? Non concedit adoles-  
centi domum repedare ut patrem sepeliat? An in hoc  
casu vult adimpleri illud, *Qui in tecto est non descendat*  
*tollere aliquid de domo?*

Amos 2. *Robustus corde interfertes nudus fugiet?*

1. Machab. 7. *Proiecerunt arma sua & fugerunt.*

Virgil. 4. Aenid.

— *Frondentesq; ferunt ramos, & robora syluis,*

*Infabricata fuga studio.*

Non redit prodigus, arbitrator, ut nocturnam repe-  
teret suppellestilem; sed festinatione studiosa, puto  
quod

quod relictā sindone nudus profugit ab eis , vti adoles-  
cens Euangelicus; aut Ioseph, qui latus, gaudensque  
quod deplumis & nudus licet effugeret , caneretque  
canora voce : *Anima nostra erupta est de laqueo venan-*  
*tium Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Ecce e-*  
*longauis fugiens.*

Pereant pennæ, euellatur cauda, satis si euaserit a-  
uis. Iacturam patiar bonorum, sufficit si liberetur a-  
nima, teneatq; salutis viam. Appositè pati iacturam,  
luctum est; quemadmodum loco iocari, est sapientem  
esse. O sapientem prodigum, qui loci & tempore con-  
gruissimis elabitur fugia!

Seneca epist 6.1.14. *Magna pars sanitatis est exhorta-*  
*tores insania reliquisse, & ex isto catu inuicem noxia per-*  
*suadentes procul abegisse.*

Plurimum facit ad sanitatem pestilenti abscessisse  
dorno Haud abs re annoso parenti hocce primum de  
filio quem perditum putat nuntium gratum perferre-  
tur, sed pergendum Prudenter huc usque : optimus  
motus eius secundum terminum à quo: sp̄ctatis loco à  
quo existit, & modo quem exiendo tenuit: ac utinam è-  
què bonus, secundum terminum ad quem ! Optimus,  
consultissimusq; ipsi abcessus ille, siue spontaneus, si-  
ue coactus, aut fame, extremaq; inopia, aut acrioribus  
verbis, diductione frontis, fistibus amasolarum. Per  
se exierit cæno factido, siue eductus, extractusq; fuerit,  
parum interest, saltem Abiit; quibuscumque occasio- D. Aug.  
ne & via. Felix necessitas qua in meliora compellit. epist 4.c.

5. O viē re est ex illo loco peccati causa ! Sed ecce ad Arme:  
malum; iter non tenuit domum patriam versus , sed tarium &  
abiens, & profectus ulterius, adhæsit uniciuium. Quis Paulinā  
quare norit? Forte ex inueterata malitia, aut tædio coniuges.  
disciplinæ patriæ, quod supererat palato ægro animi  
maligni supererat. Dixi, non seruiam. Secutim manu-  
bitio accinit, vt aiunt. Aut forte merces minoribus  
sumptibus se comparaturum ratus, suspicaretur quis-  
piam, de ipso sentiens aliter quam à nobis dictum est.  
Aut (magis in gratiam eius) forte redire non audens,  
minime habens persuasum futurum genitorem pro-

## DE FILIO PRODIGO

pitium, sed eo ysque excreuisse malitiam suam, ut nullam mereretur veniam à parente quanquam clementissimo. Ratiocinabatur fortassis: *Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear: vel, quam ut condonari mihi possit, secundum Septuaginta.* Pudor ille sufferendus est; nec propriè dicenda desperatio misericordiae Dei, à quo gratiam & misericordiam sperare poterat, licet nullam à patre expectaret. Aut, quia immensa erant spatia ad patriam ei cui facultates defecerant: Et ipse caput egere: cui ars nulla nota, per quam sibi viatum quereret inter agendum iter: & qui mendicare erubesceret. Aut non adeo tuta erant itinera ob validam famem qua laborabat regio tota. Sceleri proclivis egestas, aiebat quidam: verebaturq; iugulum. Aut quia extenuatus & imbecillus fame, ut ossa transparentia, numerabilis, que fame vix cohærent, tot dierum itinera percurrere nequiret; procul enim recesserat à patria. *Peregrè profectus est in regionem longinquam.* Aut forte nuditatis, indigentiaeque pudens; quæ ciusmodi suggestiōnibus animam eius pulsabant: Ita compositū patriam repetere? Egregium facinus. Domus patriæ ludus & fabula futurus. Si malitia redditum non insituit, de eo dicere lubet:

*Isa. 57. Abiit vagus in via cordis sui: vias eius vidi & dimisi eum.*

*Isa. 44. Conuersi sunt sapientes retrorsum.*

*Jer. 7. Abierunt in volupiatibus, & in prauitate cordis sui mali.*

*Thren. I. Abierunt in captiuitatem, ante faciem subsequentes.*

*Jerem. I. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.*

*Sen. I. 7. Si pudore turpitudinis scelerū, optimè: pudor declamat, liotis virtutē spem facit. Est proxima innocentia verecundia. Si paternam diffusus clementiam, error: namque deinceps experietur nimiam, laxioremque eius misericordiam. Demum certò affirmare non quo, quibus pulsus, motu syne abierit inde:*

*Gen. 4:*

*IV.*

*V.*

*VI.*

*VII.*

## CONCIO PRIMA.

19

6. At verò quodcumque ipsi fuerit argumentum, Cur ne haud incredibile est a Deo non inspiratum ad patrem redire, ut plenè satisfaceret & rigide iustitiae eius, cui multo aere tenebatur. Quantum aës contraxerat aliquid adolescentis iste viuendo luxuriosè dum rerum omnium libertati innataret! Ad decem mille talentorum summam excreuit. Primo, omiserat bonum quod poterat & debebat præstare in ea rerum abundantia.

*dum inspiratus ad patrem redierit.*

VIII.  
Matt. 18.

*Si multum tibi fuerit, abundantanter tribue Hoc porro de Tobie 4. bitum fere expunxerat fame quam passus fucrat. Vnum contra unum: pauperrate se opponente libertati; Eccl. 4.28 & bonorum iactura bonorum omissioni. Secundò, scabebat peccatis actualibus & commissionis, vt supra dictum est, ad dictiōnem luxuriosè; Jgitur, obliterans erat actus actu, libertas seruitute. Vnum contra unum. Probè edoctus erat in famis gymnasio, sibi satis esse debuisse rem & cibos patrios: Vnum contra unum. Ast quia offenderat executiendo patrium iugum, nec quicquam sufferte valens tam à parente quam pädagogis domesticis, voluit Deus experiri iugum imperium extranei, ut debitum compensaret, doceretque in posterum promptius morem gerere patri. Vnu contra unum. Indicat ergitudo quantum valeat; & oppositum contrario contrarium elucescit magis. Ita voluit Deus aliquando tribum Iuda affligi à Rege Ægypti, ut suis dispendijs disceret quantum differat Dei cultus & obsequium, à seruitute quam subire cogebatur sub Rege impio.*

2. Paral. Ut scirent distantiam seruitutis diuinæ, & seruitutis regni terrarum.

Ierem. 16. Seruient ibi Dijs alienis, qui non dabunt vobis quietem.

Valer. Max. 1.2.c.1. Ingrato libertino dicebatur: Abi, gesto seruus quia liber esse non scisti. Sinit Deus abire longius, & subdere se imperio exteri, ut reformaretur, ut deposita ferocitate mansuesteret. Operæ pretium erat equulum indomitum illum subire fræna asperiora angarij, ut dominus, & mitis restitueretur manibus grandæui patris.

I. *Jerem. 3. Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi inuenculus indomitus.* Aduertite obsecro pulcherrimum iustitiae ordinem. Vbi plus satis amasiolis placuisse, obsequutumque fuisset cor, in seruitutem venit corpus. Seruitus seruitute compescatur. *unum contra unum.* Meruerat seruitus vitiosa seruitutem operosam spontanea, coactam.

II.

Seneca in prouerb. *Heu quam miserum est discere servire, ubi sis doctus dominari!* Deinde, quia ultra ad exteriores proficiisci voluerat voluptates sectatus, voluit Deus inuitum peragrare prouinciam querendo dominum cui adhaerendo stipem vt cumque compararet. *Vnum contra unum.* O Deus bone! ut concinno ordine cuncta componis! Nec adeo perperam prodigus; sequutus est enim receptum famelicis morem: qui ingruente fame quantum postulant necessarijs student; uti quondam Abraham.

III. Seneca in prouerb. *Hominem experiri multa pauperias iubet.*

Gen. 12.

Gen. 42. *Et verò filij Iacob, quin & ipse Iacob annona labo-  
rantes in Ægyptum profecti sunt: Elimelech, relicto  
Bethleemitico natali solo ad Moabitas profectus est,  
dum graui fame diuexaretur prouincia sua.*

46.

Ruth 1. *Facta est fames in terra, ab ijtq; homo de Beth-  
leem Iuda.*

Alioqui, extra necessitatem talem, non urgentibus negotijs momentosis tum publicis, tum priuatis, persistens primævæ sententiaz, haud probo excusiones, & diutinas profectiones ad exteriores, totius orbis ciuis homo sit licer; (vti quondam interrogati & Diogenes, & magnus \* Socrates cuias essent, responderunt) & viro forti omne solum sit patria, omniumque artium parens; uti ferunt prouerbialiter.

Diogenes  
l. i. de vit.

Philos.

\* Cic. 5.

Tuscul.

Prodigus

a Deo &amp;

afflictus &amp;

adiutus

simul,

7. Interim aduertamus ut sapientissimus medicus Deus scite misceat oculata: ut misericordiam perfundat iustitia, & vice versa, circumspectus iudex. Inter enim prodigi aduersa, cernuntur prospera quædam. *Et adhæsit unū ciuium regionis illius: aut secundum s.*

Hie-

Hieronymum, *vni de Principibus*. Fæliciter. In eadem *D. Hiero.*  
regione dominum habuit, ciuem, imò verò Princi *ad Da-*  
*pem*, forte nobili genere, aut authoritate conspicuum *masum*  
quempiam; aut senatorem. Nobilis, heros, Senator,  
cuius fuerit dominus eius parum refert; saltem opibus  
valebat, cui utique complures erant villæ. *Misit eum*  
*in villas suas*: qui tam valida ingrauescente fame ser-  
uos admittebat: cui pabulum suppeditabat pascendo  
gregi voraci porcorum. Deinde, non multum de mer-  
cede disceptans iunxit se ciui illi, stipemque famulatu  
Iucratus est. Optimè, in tanta annonæ inopia: tum  
temporis enim solent dimitti famuli prisci potius  
quam noui conduci. *Ne fortè non sufficiat nobis & vo-*  
*bis, ite potius:*

Rursus, pulchrè eius miseriæ depinguntur, hac sola  
figura, *Adhæsit vni ciuium*: comparatur enim ibi qua-  
si cani fâmerabido, sequenti quem pînum offendit  
edentem, cauda ad blandienti, importunè se illi  
iungenti, audaciter culinam petenti, sortis aleam ex-  
spectanti. In numerum quoque refertur famulorum,  
quibus cum sit tenuissimus victus, ne verbulum mu-  
fitare audent, veriti ne expellantur.

*Gen. 47. Salus nostra in manu tua est: respiciat tantum*  
*nos dominus noster. & latiferuimus Regi.*

*Psal. 122. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum*  
*suorum: ita oculi nostri ad Dominum.*

Prodigo aliud marsupium opus non erat quam os  
recondendis seruitij stipendiis, pro quo citò conue-  
nerat, nihil plus exigens quam refectionem.

1. Reg. 2. Repleti prius, pro panibus se locau-  
erunt.

*Thren. 1. Dederunt pretiosa queque pro cibo, ad refo-*  
*cillandum animum, libertatem scilicet.*

Annumeratur quoque pueris sordidis, in ministe-  
rinm admissis potius commiseratione quam necessi-  
tate: quod satis liquet ab exigua eius aestimatione, qui  
quippe subulcus ilicò creatur, nec audet detrectare  
prouinciam, veritus dimitti. *Adhæsit vni ciuium*. Erat

1.  
2.  
3.  
11.

1.

11.]

III.

## DE FILIO PRODIGO

22

demum prodigus mendicus ibidem, miseriарum cul-  
minе miser. Exul, inops eres, alienaque limina lustrer-  
eas. iactabat in infensissimum hostem quidam.

Ouid. I. I. amor. eleg. 8.

Dij tibi dent nullo squalore lareis, inopemque senectam,  
Et longas hyemes, perpetuamque sitim.

Si quae ipsi exigua bona, permultis malis admixta  
sunt. Is mos priscus Deo receptus, qui nunquam om-  
ni ex parte quempiam beat in hac vita, Nemo ex omni  
parte beatus: nec ad tantas deprimit miseras, qui  
non ullam botii affulgere sinat speciem. Nullo per-  
fundit sine tristitia gaudio; nulla donat voluptate sine  
molestia: sine insuritate non est ab eo sanitas. Quāta  
exultatio B. Virginī matrī Deum viro concepsisse?  
Ast quanta afflictio cum non erat eis locus in diuersorio?

Quā noua lætitia accursitantibus curriculo pastor-  
culis, Regibus ab Oriente ad uolanibus, ut receus na-  
tum infantem chatum reuererentur, colerent, adora-

Inuocans ient, cen' Deum, hominem, Regem. Thus, aurum, myr-  
P̄isbyter. rham, Regique, hominique, Deoque? Ast quanta mole-  
Math. 2. stia, citatum fugere, noctu, hyeme, in prouinciam  
remotam, Ægyptum, timore certo, imminentis  
mortis, lamentis infantuli pondere grauata;

Gen. 12. Rursum, quam tunesta primordia annoso Abraham mit-  
tere dulce solum patriæ charissimæ, consanguineos,  
vicinos, amicos, rem familiarem? Ast

Gen. 13. quanta letitia audire. Omnem terram quam confi-  
cius tibi dabo? Quia afflictio tanorum bonorum non  
habere hæredem? Verum, quantum solamen audi-

Gen. 15. 18 tis paulo post: Faciam semen tuum sicut puluerem  
terre. Suspice calum, & numera stellas si potes. Sic  
erit semen tuum. Habebit filium Sara uxor tua? Quan-  
tum tormentum incessit pectus eius euulgato hoc

Gen. 22. truci edicto: Tolle filium tuum unigenitum quem dili-  
gis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum  
in holocaustum? O constitutionem duram, torquen-  
temque misericordi! Ast quanta voluptas insonante re-  
uocatione accessit ei, ipso instati quo aræ impositum  
filium

filium serio mactatus erat? Non extēdas manum super puerum, neq; facias illi quicquam. Quantū gaudium cœnere arietem hærentem corubus inter scentes loco filii immolandum? Ad mensuram dolorum tibi obtigisse solatia iactare poteras, ô Abraham.

Ps. l. 93 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tua latifuerunt animā meam.

Hæc praxis Deo recepta; quod participet differatque sæculum præsens paradiſo & inferno, in quibus pura, impermixta omnia: in paradiſo bona summa nullis admixta malis.

Boetius l. 3. consol. prof. 2. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus.

Exodi 33. Ostendam tibi omne bonum.

Vide Au-

In inferno, omnigena mala, bonis omnino nescia. l. 16 deci-  
Casus est omnium malorum aggregatione perfectus. In uit c. 25.  
hac vero vita, purum nihil, sed mixta ex utroque cum tomo. 5.  
Qua: atque hæc utriusque status particeps mira varie-  
tate Dei potentia intertexta decoratur. Plautus in  
Amphyt.

Ita quoque comparatum est, in etate hominum, Ita  
Diis placitum, voluptati ut maror comes consequatur.

D. Crysoft, tomo 2. hom. 8. in Matth. Misericors Deus mastis rebus Ioseph quedam etiam iucunda permisit.  
Quod certè in sanctis omnibus fecit quos neque tribulati-  
ones, neque iucunditates sinit habere continuas. sed tum,  
de aduersis tum ex prosperis iustorum vitam quasi admirabili u. etate contexuit. Quod & ipsum præstisit  
ad nostrum prodigum æquissimè perhibetur.

Cur pro-  
digio bona  
malis. ad  
mixta.

Nouerat Deus violentum nullum diu subsistere.  
Nullum violentum perpetuum.

Ouid. epist. Heroid. in Phædra.

Quod caret alterna requie durabile non est.

Hæc reparat vires fessaque membra leuat,

I.

Arcus, & armatae tibi sint imitanda Diane,

Si nunquam cesses tendere molis erit.

Ac signanter naturam humanam, cuius ipse Con-  
ditor & Plasmator figmentum nouit. ipse cognovit Psal. 102.

*figmentum nostrum: adeoque ne opprimeretur deficeretque subito sub onere prodigus, quibusdam bonis admiscet mala.*

II.

Deinde, quis ambigat, ut diuturniori pænitentia, tardiorique suppicio pænas daret, singulari iustitiae forma, quæ quandoque lentè & dudum punit?

III.

An fortè ne in desperationem deuolueretur atroci-ori, immittique suppicio, quò spectare decet Judices in suis iudicijs?

*1. Cor. 10 Fidelis Deus qui non patietur vos tentari super id quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere.*

IV.

Aut ne in Deum blasphemus eius crudelitatē sine misericordia fugillaret, clamans.

*Ier. 30 Percussisti me castigatione crudeli.*

*Job. 30 Mutatus es mihi in crudelē.*

*Psal. 87 Omnes fluctus tuos induxisti super me.*

*Ionæ. 2. Omnes gurgites tui, fluctus tui super me transierunt.*

Deut. 32.

V.

Aut ne frater senior plus nimio ferociret, gaude-retque depressionem nimiam fratris iunioris; quomo-  
do in sequentibus deprehendemus inuidentem  
applausum, & gaudium de redditu eius. Sed propter i-  
ram inimicorum distuline forte superbirent hostes eorum.

VI.

Aut denique, ut doceantur Judices in supplicijs non  
semper procedere, prout crimen, reusque demerue-  
runt, iure summo. Procul hinc Busyrus, Phalaris, Peri-  
lus, authores, cusoresque nouorum suppliciorum,  
quodam iustitiae zelo licet *Noli esse iustus multum,*  
*monebat sapiens quidam;* quia tumma iustitia ple-  
rumque adducit iniustitiam.

Cic. act. 6.  
in Verrem  
de Phala-  
ride.

Eccles. 7.

Cicero lib. I. Offic. Existunt sapientia calumnia  
quadam & nimis calida iuris interpretatione. Ex quo il-  
lud, summum ius, summa iniuria. Qui nimio plus e-  
mungere nititur nates, aut vngues proprius resecat,  
elicet sanguinem. Imo vero ipse Deus non punit dam-  
natos secundum demerita. Ast prætergrediamur ista,  
& videamus quæ doceat nos prodigus.

8. Verba ista, Abiit adhæsit unicuius, pauit por-  
cos,

cos, nonnulla suggerunt argumenta in prodigo pro-dam pro-lis probæ educatæ; & cui timor Dei, & virtutum se-be instru-mentis omnino deperierant. Quod enim primò se o-  
cyus receperit à tot, tamque varijs amorum suorum  
subiectis, insigne robur, generosique pectoris speci-men in eo obseruo, spectata signanter ætate lubrica  
eius, in qua plurimum laborat ut se à tricis & pedicis  
euoluat, aliquando illaqueatus. Remardu am supera-  
uit, vnde honorem meretur; & illi ignominiam, qui se  
aliter viuere non posse, nec ad Deum reuerti obie-  
ctant.

*Lucæ 14. Vxorem duxi, & ideo non possum venire.  
Non possum.*

Qui non? Si nimius distorqueat amor, en statuitur prodigus omnium amantium æstuantissimus. Si ali-quantò diutius eiusmodi vitam degistis, si lymphas amarè dulces plus nimio hausistis, nec ad castitatem reuocare valetis gradum, haud secus ac fulmo ad ma-re, gustatis fluiorum nostrorum dulcibus aquis: ijs perseveranter insisterat prodigus quoad per faculta-tes licuit; nec foro cessit, ad ultimum usque quadran-tem. Si ætatem profectis iuuenilem, vernantis erat prodigus: attamen animi generositate dimisit quæ maximè deperibat, quibus dudum studuerat; quæ iuuentus appetebat. Acri adorsus prælio hostes acres trinos amorem, consuetudinem, iuuentutem, debel-lauit: cuius heroici facinoris gratia triplicem mere-tur lauream, & palmam: molliusculos quoque istos, neque unentes, imò nolentes valefacere voluptatibus *Psal. 93:*  
priscis percellere potest his verbis. *Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis qui fingis laborem in præcepto? Quid prodigus amplius ipsis Angelusne, & ipsi homines?* Aut quod vni possibile, alteri eiusdem speciei impos-sibilene erit, si modò animo prompto, voluntate que benè disposita accedat, inuocando simul gra-tiam Dei, quæ nunquam deest inuocantibus se in ve-titate?

Secundo, aduertite eius probitatem. Quantacum-que fame & indigentia premeretur, non valens de-

Incepit exercere artem cuius duces sunt nummi, non furatur, non grassatur, non prædatur, vnde tum secum amicas alat. Pauper & probus vult haberi; manus refugit aduncas, ut aiunt.

Virgil. 2. Æneid.

\* furacem — Nec si miserum fortuna Sinonem finxit, vanum et duci possemus iam, \* Mendacemque improba finget.

fit. Si e- Non si pauper, etiam fur. Paupertati receptum est pa-  
nim men tientem &cetera in multa scelera, maximè vero vor-  
dax aut cem, aut scortatorem. Silius Ital. l. 13.  
fur.

*Et deforme malum, & sceleri proliuis egestas.*

Horat. 3. carm. 24.

*Magnum pauperies opprobrium, iubet*

*Quidvis & facere, & pati,*

*Virtutisque viam deserit ardua.*

Martialis. II.

*O quantum cogit egestas!*

Salustius initio conurat. Catilinæ: Agitabatur magis magisque indies ferox animus, inopia rei familiaris & conscientia scelerum.

Jdem ibidem. Animus imbutus malis artibus haud facile libidinibus carebat, eo profusius omnibus modis quæstui atque sumptui deditus erat.

III.

Deinde, lenoniam non exercet, ut vetulæ complures, quæ annositate deformes, & fortuna pauperes, insignem illam & perditam docent proximū alios; quandoque parentes, & horrorem! liberos. Confundit priscos Nerones, qui omnibus consumptis ignem Romæ supposuerunt, ut ædium desertarum præda potirentur. Confundit adolescentes disolutos nostri qui, quoris fortuna pauperes, belli fortunæ se committunt.

Ac utinam, quemadmodum leges prudenter cauet ne quis & meretrices, & latrones foueat, sustineat; nam si à nemine fouantur, nulli erunt ita impigre attendent Principes ne eiusmodi profligatis immiscerent militi: qui militiæ nomen dant, non militiæ causa (effeminati pauidi) sed ut ad eam quasi ad asylum configiant; ne ære alieno se eximant; ut quemque deprædarí impune liccat; ne cædium patratarum pœnas

p̄nas extorqueat Judex. Lucanus lib. 2. Pharsaliæ de bello ciuili inter Cæsarem, & Pompeium.

*Quemq; sua rapiunt scelerata in prælia causa,  
Hos polluta domus, legesq; in pace timenda,  
Hos ferro fugienda famæ; mundiq; ruina  
Per miscenda fides.*

*Qui probro sunt militiæ, naturâ honoris gradui: Mi- Ioan. Sa-  
les sicut laboris, ita honoris nomen est, aiebat probatus lesbrensis  
quidam author: quorum causa militis nomen, mili- l 6. Poly-  
tiaque exquisitissima sunt, eos sequi militiam finentibus crat. c. 8.  
Tribunis & Praefectis, quibus flagitiosissimi optimè  
audiunt; uti quondam Syllæ & Catilinæ Romanis,  
quorum ille patiebatur, iste appetebat insolentes, uti  
narrat historicus Romanus.*

*Sallustius in coniurat. Catilinæ: L. Sylla exercitum  
quem ductauerat in Asia, quo sibi fidum faceret, contra  
morem maiorum luxuriosè nimis liberaliterq; habuerat.  
Lucanus lib. 2. de Matio:*

*— Nulli gestanda dabantur  
Signa ducis, nisi qui scelerum iam fecerat usum,  
Attuleratq; in castra nefas.*

*Ibidem paulo post: Catilina omnium flagitiorū atq;  
facinorum circum se tanquam stipatorum cateruas habe-  
bat. Nam quicumq; impudicus, adulter, ganeo, alea, ma-  
nu, ventre penè bona patria dissipauerat; quiq; alienum as-  
grande conflauerat, quò flagitium aut facinus redimeret:  
præterea omnes undiq; parricidae, sacrilegi, conuicti iudi-  
cij, aut pro factis iudicium timentes: ad hoc quos manus  
atq; lingua periurio aut ciuili sanguine alebat: postremo,  
omnes quos flagitium, egestas, conscius animus exagita-  
bat, hi Catilina proximi, familiaresq; erant.*

Ab his, & similibus exercitus nostri pernities; ab  
his expeditionum campestrium & naualium inani-  
tas; ab his prouinciarum depopulatio. Laudandus  
certè prodigus, qui pauper, iuuenis, incontinentis,  
huc usque, manuult nunc missis amoribus stultis,

emem-

emendicare humiliter seruitutem, eamq; vilissimam, quam pauperie nomen dare militæ, aut latrocinij & sibi & amasijs stipem queritare. Accipient alios facient te bella nocentem.

IV.

Notate insuper magnanimitatem, constantiamque eius. Abiit, profectus est, nec reuersus vlo aduerso fortunæ casu obui o, sicuti Israelitarum colluies, qui deficientibus, & farre Ægyptio, & vno in colocynthidis desiderio æstuant Ægypti, viterius pergere nolunt, sed redditum meditantur. Progreditur donec inueniat

Exod. 16.

virum cuius se mancipet obsequiis. Et abiit & adhæsit vni cinium regionis illius. Quans illi animus! Seruitutem pati paratus est, quam quippe meruit.

V.

Aduertite qua dictione vtatur Dominus, vt significet seruituti se mancipantem: plurimum namque facit ad ipsius laudem. Habet nostra versio vocabulum *Adhæsit*, Græca ἀκόλλητος, id est, *adglutinatus* est: ac si diceretur arctissimè iunctus hero. & quasi visco affinis vocū xus. Dictio equidem Græca ἀκόλλητος, à quâ forte Gallicarū tinis colla, & Gallis colle, significat arctissimam cōjunctionem, vti & verbum Latinum *Adhæsit*.

tiū colla,

coller,

κόλλα.

D. Joan. Natal. Donatus quem post ista conscripta legimus, sic habet in hunc locum: *Quod dicit, adhæsit, id est, ἀκόλλητος emphaticum esse puto; exprimit enim diligentiam, industriam, artem quæ se solent eiusmodi misera- biles homines in domos diuitum insinuare, quiduis ut faciant ministerij, tantum ut fame non pereant.*

Certè textus sacer, vt exprimat sincerum intimūq; amorem vtrius communiter verbo adhærere. Non legistis amorem mutuum coniugatorum, itidem Jesu Christi & Ecclesiæ significasse Adamum, qui à sopore exstatico excitatus ore propheticō dixit: Propter hoc

Ephes. 5.

Orig. ho-

mil. 7. in

Matth.

Cassian.

l de incar-

rati intel-

l:git de unione filij Dei cum humanitate illud Gen. 2.

relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori sue? Id autem insinuari indicant sequentia: Et erunt duo in carne una; aut secundum Vatablum; Erunt qz in carne una, id est, erunt velut una caro & vnum corpus. vehementis amor filii Emor ad formosam Dinam; Salomonis item ad mulieres alienigenas, nonne eodem ex- primitur verbo?

Gen.

2.

## CONCIO PRIMA.

29

*Gen. 34. Anima Sichem dicitur adhæsse Diuæ.  
3. Reg. II. Adhæsit Salomon mulieribus alienigenis.  
Allegor. id est, mundanis delectationibus non à Deo  
genitis. Vel si ad Christum transferas, Adhæsit Eccle-  
siæ Gentium.*

*Ruth 1. Ruth adhæret socrui.  
Iudic. 16. Adhæret Dalida Sampsoni.  
Deuteron. 4. Adhæribitis Domino Deo vestro.  
Psal. 72. Mibi adhærere Deo bonum est.  
Psal. 24. Innocentes & recti adhæserunt mihi.  
Lucæ 16. Vni adhærebit, & alterum contemnet,  
2. Reg. 20. Adhærentes viri Iuda David.  
1. Cor. 16. Qui adheret Deo, unus spiritus est: qui ad-  
heret meretrici, unus corpus efficitur.*

In sexcentis alijs locis verbum adhærere significat  
cor & animum vnum in diuersis, magnum amorem,  
& arctissimam coniunctionem alterius ad alterum,  
tum in bonum, tum malum: quin vulgo dicimus ad-  
hærentes, nobis arcta necessitudine iunctos. Itaque  
in eo significatu acceptum verbum, multum, propen-  
sumque prodigi in herum actum exprimit; eius volun-  
tatem à Domini nutu pependisse: in omni sorte Do-  
minum indiuide comitatum. *Vultum è vultu compa- Plant° in  
rans.*

*Amphyt.*

9. Et verò, verorum seruorum munus in heros, Digrēssū o  
nonne vt ex præcordijs eos diligent, & vnum sint cum De officio  
illis? Sic Ionatham amabat famulus, eum sequens seruorum  
quocumque pergeret, imò verò ad mortis discrimina in Domi nos.  
evidentia, ac si ipsi adglutinatus fuisse.

1. Reg. 1. 4. Ero tecum ubicumque volueris. Ascēdit au-  
tem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger e-  
ius post eum.

1. Reg. vltimo. Quod cum vidisset armiger eius, vide-  
licet quod mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gla-  
dium suum & mortuus est cum eo.

2. Reg. 15. Sic Ethai Dauidi arctissimè iunctus, à fu-  
giente non quivit diuelli. In quocumque loco fueris, ait,  
Domine mi Rex, sine in morte, sine in vita, ibi erit seruus  
tuus.

Offī-

30 DE FILIO PRODIGO

Officij amoris & protectionis monet eos serui nomen, ingerens animis eorum quod ipsis prestitit bonum Dominus, eorum vitam tutando; iubetque pariter tueri & protegere herum quantum valent. Dicitio enim seruus, aiunt, qui nome uclaturis student, derivatur non solum a seruire, sed maxime a seruare, passiuem: tu quia a victoribus in quorum fidem vici se dederunt seruati, in protectionem assumpti ( unde & mancipia, quasi manu capti dicti sunt: ) tum quia seruorum est seruare personam, honorem, fortunas dominorum, quia seruatores & servitores, siue protectores sunt eorum, & familiae.

Blondus Flavius l. 4. triumph. Romæ: Florianus Inreconsultus seruos ex eo appellatos dicit. quod Imperatores captiuos vendere iubent, & per hoc seruare, nec occidere solent.

D. August. tom. 1. 19. ca. 15. Origo vocabuli seruorum in lingua Latina inde creditur ducta, quod hi qui in re bellis possent occidi, a victoribus cum seruabantur serui siebantur a seruando appellati.

Itaque ipsorum est adhaerere, agglutinari, iungi dominis adest, ut suum ducant quicquid ad eos spectat; studeat seruus eorum causam æquam tutari defendereque.

Gen. 14. Istiusmodi fuerunt trecenti octodecim veterans Abrahæ, qui fortiter domino se iunxerunt, erupturni Loth, vniuersamque substantiam eius manibus viatorum.

Gen. 39. Ita se habuit Joseph ad Putiphar, vxoris eius castitati præsidio factus.

2. Reg. 17. Talis fuit Chusai, qui vocatus in concilium ab Absalone, prudens consilium Achitophel euertit, alioque utili dato Davidem legitimum Regem suum clam monuit machinationum hostilium, iussi que secedere cum copijs ne ab exercitu Absalonis valido cederetur. Adhæsit.

Tit. Liu deca de 1. l. 2. Talis Vindicius seruus, qui domino Bruto, iurato hoste tyrannidis Tarquiniorum aperte molimina perfida liberorum praefati domini sui, cum Tarquinij senioribus, sodalibus. Sermonem soror

## CÖNCIO PRIMA.

seruus unus exceptit, qui iam antea id senserat agi: sed  
eam occasionem ut littera Legatis darentur quæ deprehē-  
se rem coarguere possent, exspectabat: postquam datus sen-  
sit: rem ad Consules detulit. Adhæsit.

Macrobius l. i. Saturnal. c. ii. Talis seruus Vrbini, qui ad  
mortem quæsusitus se occultat. Quia verò latibulum Senec. lib.  
deprehensum sensit, assumptis heri vestibus, eodem cu- 3. de bene-  
biculo, eodem cubili quo sicutii dominum quærebāt sic.  
decubit heri personam singens, collumq; eorum siccis  
præbens fortiter accepto vulnere interit, ac si Vrbinus  
ad necem postulatus fuisset. Quantus adhærens! Ad-  
hæsit.

Idem ibidem: Ita Æsopus Demosthenis libertus, e-  
quuleo diu tortus patroni adulterium cum Iulia pa-  
tratum prodere noluit. Ita liberti Labieni, nullis tor-  
mentis adduci potuerunt, ut delitescentem proderent.

Blondus Flavius lib. 4 triumph. Romæ. Talis fuit ser-  
uius Restionis, qui fugientem occultauit, aluit, casu  
obuium senem interfecit & cremauit, dicens domini  
initiam se vindicasse, ut persequentib. illudens domi-  
ni vitæ consuleret.

Tales serui ciuium Patavienium, qui latentes do-  
minos ob exactiones Asini Pollionis, tametsi & mu-  
nera & libertas sponderentur prodenti dominum, no-  
luerunt denuntiare.

Tam deuinctum Hiero scutum oportet, ut Seuerus  
Imperator edicto cauerit seruis traducere dominos;  
mandans atrociter plecti secus facientes: ne Sibæ si-  
miles, arbitror, darentur, qui Miphiboseth filio Saul 2. Reg. 19:  
seruus, dominum despexit morem gerere detrectans,  
insuper accusauit impudenter apud Dauidem. Imò ve-  
rò legibus non concèditur seruus testimonium perhi-  
bere solùm in dominos.

Cic. orat. pro Milone: Maiores nostri in dominum de-  
seruo queri noluerunt: non quia non posset verum inueni-  
ti, sed quia videbatur indignum esse, & domini morte ipsa  
tristius.

Heu, quam male est, ubi meritò queritur Domi-  
nus in perfidiam serui, ut Miphiboseth, sui Sibæ!

Accu-

*Accusauit me seruum tuum seruus meus. Aut ipse Do-*  
*minus sui Iudeæ: Qui edebat panes meos, magnificauit*  
**2. Reg. 14.** *Psal. 40. super mes supplantationem: Cuperem famulum sine ore,*  
*Gibertus quomodo Gallis in conclave depingitur, asinini è auri-*  
*Nozeren. tum, vt audit patienter sufferret; ceruorum pedibus*  
*de Offic. instructum vt citissimè expedit iussa; dextera sublata,*  
*famulor. expansaque, qua fidem testatur; rostro suillo, ne catil-*  
*lo esset Elinguem, inquam, & sine ore vellem, vt sciat*  
*omnia sibi audienda, nil vero euulgandum quod do-*  
*mino suo noceat; nisi quod in boni publici exitium*  
**Cic. act. 6** *vergat. Quam verò execrandi, vt digni Phalaridis tau-*  
*in Verræ. ro, qui insidias dominis struunt, qui cädunt, iu-*  
*gulant eos domi, aut alibi, vti Regem Amon serui*  
*cius?*

**4 Reg. 21.** *Tetenderunt ei insidias serui sui. & interfe-*  
*cerunt Regem in domo sua: aut Gyges, qui ex pastore se*  
*Regem fecit, Reginæ dominæ stuprum intulit, eaque,*  
*& annulo magico usus Regem dominum interfecit,*  
*& omnes quos nouæ suæ tyrannidi obsistere puta-*  
*bat.*

**Herod. 1. Cicero 1. 3. Offic.** *Oportunitate annuli usus*  
*Regina stuprum intulit, eaque adiutrice Regem dominum*  
*interemit; suscepit quos obstat arbitrabatur.*

**Plut. 10. 2. vit. in Pyrrho.** *O vt perperam res admini-*  
*strantur, quando seruus medicus stipendiatus para-*  
*tum se offert venenato poculo extinguere dominum:*  
*quod certè præstare haud religioni fuisset seruo Pyr-*  
*rhii Epirotarum Regis, ni magnanimis Romanus ac-*  
*pernatus fuisset hostem superare dolo magis quam*  
*bellicositate; contemnens vulgatum illud: Dolus an-*  
*virtus quis in hoste requirat?*

**Esther 2.** *Perperam, inquam, vbi custodes fortuna-*  
*rum, domus, personæ Regiæ primi attentant malum,*  
*conspirant, duces sunt sicariorum; vti quondam Eu-*  
*nuchi bini affueri, quem certè iugulassent, ni a Mar-*  
*dochæo & Esther cauere sibi Rex admonitus fuisset!*  
*Vt malè est, quando qui Regis latera premunt, cin-*  
*gunt, stipant ad custodiam, primi bipennibus eius la-*  
*tera confodiunt!*

Adhæ-

**Virg. 2.**  
**Aeneid.**

Adhærentes, iuncti, adglutinati, arctissimè deuin-  
eti sint dominis serui, ni detetiores haberi velint pro-  
digio: qui amore adglutinatus quasi dicitur domino  
suo, ut sonat dictio Græca ἀδραγή, quæ significat, ad-  
hesit, adglutinatus est. Vbique dominum sequebatur:  
vitæ & mortis fors ipsi communis erat.

Enim uero quâ fronte non studeret rebus èquis do- Seruus eur  
mini seruus, à quo vitam habet; si tamen de eorum dominū  
genere seruorum, qui belli sorte in seruiturem vene- diligere  
runt? Saltē tantum restituendum est, quantum fide tenetur.  
acceptum. Seruus fide & gratia domini à quo serua- 1.  
tus est vitâ tenet: viuit quia à Dominae non interem-  
ptus; nec interimitur, prout poterat, & potest adhuc,  
per leges paganorum hoc loco plus nimio inhu-  
manum. Viuit, quia seruatus, quia protectus, utique  
ab eo qui belli fortuna pepertit, qui feruente certami- cic.l.1.off.  
ne fetuori temperando illæsum custodiat. Igitur  
quantum valet domini vitam seruet incolument, à  
quo viuit ipse, ut saltē concredita simpliciter sine  
fænore rependat.

Aulus Gell l.5. noct c. 14. In gratitudine hominem Senec. l.28  
soperabit Leo, qui vitam seruauit Androdo seruo Ro- de dendo  
mano, quod læsam palmam curando à morte præser- benefic.  
uasset? Si factò vitam seruare ei nequit, in hoc saltē  
sit totus & promptus, vnuisque ipsi adhæreat iugiter.

Deinde, quâ ratione non adhæreat domino, qui do- 11.  
mini sustentatur pane? Si equus pabuli, si canis panis Baptistæ  
gratia mortem subire parati sunt, vt nutritijs consu- Fulgo l.5.  
lant: canis, vigilijs ante fores, latratu, mortua custodit c. 2. habet  
corpus, domum, facultates domini; absque eo non vi preclara  
uit; gemit, luget, plangit suo modo ab hero exclusus; exempla  
odoratu, & cursu veloci amissi vestigia sestat, nec canum  
desistit quo ad inueniat: à defuneti rumulo non rece- et aliarū  
dit, & ibi domini amore confici manult: Mori nescit bestiarū.  
Bucephalus Alexandri Magni lethaliter saucijs licet, A Gell l.  
ni sessorem Alexandrum è loco certaminis in locum 5. noct. c. 2.  
tutum extulerit: è rupis crepidine se præcipitem dat  
Antiochi Regis equus, & sessorem qui dominum per-

emerat; qui non adhaereat seruus domino, ut eius causam iustum tutetur; adlatet mordere volentes famam eius; eum seruet ad instar equi cursus velocitate, aut aliter? Quae ubi praestiterit, dubitatur an dicenda beneficium, an officium, an vero simpliciter ministerium; Namque beneficium, eius est qui inculpatè potest opem non ferre: officium, est affinium, aut consanguineorum, ut uxoris & liberorum: ministerium, servum quem seruatis conditione obligat domino subuenire suo, nullo inde obligationis, beneficijque conflato debito. verumtamen gratiosius, dicere libet, nimirum sui munieris partes sustinuisse; ac gloriari posse. Quod debui facere, feci.

Euripid Iphig Aulid.

Sed enim gloriosum pro heris mori.

Idem in Helena:

Pro heris, generassis seruis gloriosissimum mori.

Plautus in Amphit. act 3 Secunda v. x. osiae:

Ita seruum par videtur frugifera in se iuuere,

Perinde ut heri, ipse itero sit: voltum è voltu comparet.

Tristis sit, si heri sint tristes; hilaris si gaudent.

Id prodigo commendatum fuit, ut domino fidelis & constans unus cum ipso esset. Adhæsit, adglutinatus est, quemadmodum aseres bini compaginati tabulam conficiunt.

Sapienter  
prodigus  
domini  
qualitates ret, an probus esset. Cohabituuit viro inclyto, conspi-

V. I.

co nocte, adhæsit uni ciuium: dictio enim unus plenumque connorat præstantiam rei; quod præstantissima quaque in natura non multiplicentur, sed una sunt, sed rara. unicum cernitis solem: unicu datur Phœnix; una circumfertur orbis domina Roma; unica prædicatur cantatissima virgo mater; unicus celebratur mortaliū Seruator; unicus creditur, & colitur Deus. unus, una: namque peculiaria, excellentissima. Sic viri insignes dicuntur singulares, uni. Unus homo cunctando restat.

# CONCIO PRIMA.

35

restituit rem. Fabius ille, quia in certamen haud præ Ennius ad ceps, cunctator insigis, & Hannibal's victor, unus il. pud Cic. l. It Fabius, infit Ennius Poeta, id est, præclar⁹, eximius, i offic. parem nesciens dux; Unus multorū instar. Vnum qui- dem sed leonem, propterbaliter. Nec abhorrent litteræ sacræ eiusmodi dicendi genus.

Gen. 42. Omnes filij unius viri sumus.

1. Reg. 1. Fuit vir unus de Ramathain Sophin &c. No- men eius Elcana. Vir unus, ratus ut sol Jmo vero inter- dum unitatis dictio denotat constantiam. vt quando dicimus: homo semper unus, id est, inflexus, firmus, constans.

Marcus Tull. de Orat. profect. Isq; uno tenore, ut a. Vid. Orig. iunt, in dicendo fluit voluit itaque adhæreere vni viro hom. 1. in semper uni, conitanti, immutabili, non anticipi & va. 1. Reg. cillanti & instar pianulae vento: um indici: curauit fa- mulari domino, qui nullis fortunæ casibus aduersis loco dimoueretur (cuiusmodi ægrè quempiam inuenias, & qui ibuentur. meritò æstimandus est) sub quo constantiam in pauperie, & sinistra sorte disceret.

Eccl. 7. Virum de mille unum reperi, mulierem ex om- nibus non inueni.

Existimem existimasse dedecere virum, ut deo di- catur iure, Duo in carne una, aut, tane bifrons, aut, Qua- suor facies uni; quod genus hominum mihi prorsus v. Gen. 2. Ezch. 1. ti & prodigo inuisum, cuiuslibet fuerint conditionis. & 10. Procul hinc Hyenes, apagite chameleontes, nunquā vni. Si hoc æuo in viuis ageret prodigus, quæriteretque herum vnum, arbitrer vix inuenturum vnum, vtique politicorum feraci prodeuntium è gymnasio floren- tini secretarij, studentium utriusque parti, & Catholico- rum, & hæreticorum, utrasque æqua lance appenden- tium, & quandoque his, interdum illis adhærentium. Aliud st̄ates, aliud sedentes. Neq; frigi, neq; calidi. clau- Sallust. o- dicates in utrāq; partē. Parum animū spirat masculineū, rat. in Cō- omni aura circumferri: cuius generis non fuisse vide- cer. Apoc. 3. tū prodigi herus. In quo amplius excelluerit Domi- nus ille prodigi: me fugit: saltem insinuat satis 3. Reg. 18.<sup>1</sup>

CCC 2. textus

textus virum fuisse valde conspicuum, dicendo, *Adhæsit unius.*

VII. II. Satis immorari non queo considerationi prudenteriae prodigi medijs in peccatis: Me herculè, verisimiliter probatur, quod quemadmodum nemo ex omnibus satis est beatus; ita nemo tam infelix sit & imperf. dominus, etus, cui non iusit specimen corporis virtutis. Conspiccio denuò in ipso integrum sensum; vni namque se domino subiecit. *Adhæsit unius ciuium.* Renuit imperantes multos, amans prudenter unitatem. Legerat forte

*Vlyss apud apud Philosophos, Multitudo principatiū mala. Multos imperitare, malum est? Rex unicus esto? Audieratne Homer. I. eos imperitare, malum est? Rex unicus esto? Audieratne liad. Plin. ex Plinio, ex Aristotele, & alijs, ingeniosas apes non nisi l. 11. nat. Regem unum in sua Repub. pati? Et grues, ducem una hiſt. c. 17. Et oves pastorem unum? Et Iesu Christi gregem sum. Arist. l. 9. inum Pontificem unum? Sentiebatne, quod sicuti forbiſſ. ani-*

*ma vna materias diuersas eodem tempore non infor- mi. c. 40. mat; aut anima vna plura corpora; aut vna eadem ce- ra diuersorum sigillorum figurās, ita unus seruus idēque famulari non potest uno tempore heris multis? An au- dierat forte resonare in pulpitib. Euāgelium illud, Ni-*

*Matth. 6. mo potest duobus dominis seruire? Quocamque instinctu certe prudenter. Ea enim ratione effugit ministeriorū infinitatem, ad quae tenetur cui plures sunt domini. Effugit laborem, improbitatemque; imperitatum, animis plerumque in diuersa abeuntium, quibus confortari per arduū: cum maximè sit facilius vni placere duobus: cuius causa Platoni & alijs magis probatur Monarchia quam Aristocracia, & Democracy.*

Plato de Republ. Tanto Monarchiam facilitioreū non immeritò indicauerimus, quanto facilius est animū suum unius viri instituto accommodare, quam multis & varijs opinionibus placere conari.

Expertus fuerat prodigus Democratiā, seruus cultor populi, orbis amicarū; voluit quoque; Monarchiam tentare, vnius se dicans obsequijs. Porro unum est necessarium. Quid faciunt qui utriq; parti student, his bellis ingruentibus? Vnum est necessarium. Quid Christianus partim in cultum diuinum, partim in ministerium diaboli

diaboli, carnis, mundi distractus: *Vnum est necessarium.*  
*Quid monachus vnicè Deo consecratus votorū emis-*  
*sione, diuisus, dissectusq; in varia, cælorum Monarchæ*  
*in claustro obsequens, & Regibus terrenis in curia. V-*  
*num est necessarium.*

2. Timoth. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotijs*  
*secularibus; ut ei placeat cui se probauit.*

Quemadmodum Cæsari militans non occupatur  
 cutis domesticis, non anxiatur quærendis cibis, totus  
 innexus, prouidentia Cæsaris; sed mox vt sacramento  
 tenetur, nil præter arma ipsi suæ tractanda; de nullis  
 nisi armis colloquia miscenda; nulla mente voluēda,  
 præter anima; qib; curandum præter victoriam, & Im-  
 peratoris sui statum, vt eius gratiā aucupetur: ita qui  
 peculiariter Iesu Christo sacramento militari religio-  
 nis, aut simili alio militat, aculeatas seculi mittat eu-  
 ras oportet, vt nihil cōtractet præter ea quæ Dei sunt;  
 de nullo loquatur, aut cogitet quam Deo; in nullo  
 quiescat; de nemine somniet, quam Deo. *Vnum est ne-*  
*cessarium.*

Xalces dictus est monachus Basilio, id est pugil,  
 siue exercitator: quod totum eius officium debeat es-  
 se virtutum palestra, cum alijs se exerceant in bello,  
 mercatura &c.

2. Tim. 2. *Labora sicut bonus miles Iesu Christi.*

Judith 3. *Melius est ut viuentes seruiamus Nabuchodonosor Regi magno.*

Cito, festinemus audire prælectionem prodigi: is  
 enim adhesit uni, seruuit vni. Si clericos nos gloria-  
 mur, id est pars aut sors domini; aut quorum pars est  
 Domianus, *Pars mea Deus in eternum. Dominus pars*  
*hereditatis meæ. Seruiamus illi soli, qui solus est hæ-*  
*xeditas nostra, aut cuius nos peculum sumus.*

1. Reg. 7. *Preparate corda vestra Domino, & seruite illi*  
*soli.*

Si monachos nos & solitarios profitemur, apud  
 nos maneamus, neq; sectemur turbam, impedimen-  
 tauem curiæ.

D. Hieron, epi. ad Heliод. *Interpretare vocabulum*  
 CCC 3 monachi

33 DE FILIO PRODIGO

monachi, hoc est tuum; quid facis in turba qui solus es.

Cassianus collat. 18 Abbatis Pyamonis c. 5. Inde monachos dictos putat, quod à coniugio abstinerent, & parentum se consortio ac mundi huius conuersatione secesserent, ut nimis soli Deo per contemplationem inbarerent.

Dionys. cap. 6. Eccle. Hierarch dicit monachos appellari quod diuisilibus felicitis, monadi, diuinitati soli placere contenterent.

Quo sum tot quærimus dominos? Ecur, non adhuc remus vni, optimo, maximo, Deo nostro! Vnum est necessarium.

*Discursus de unitate.* Est unitas, Auditores, omnium quæ sunt principiū & finis. Unitas, ipse Deus est, unus, indivisibilis, a quo, per quem, ad quem, propter quem, & in quo sunt omnia. Deus tuus unus est. Deus est una & simplex essentia. Quæcumque excellentia habet natura, rara sunt & una. Unicus sol hunc orbem irradiat: unicum firmamentum super nos expansum est: theatrum unicum, terra gestamur: amphitrite una cingimur: mundum unicum omnes incolimus; unicus datur Phœnix: unica anima, cor unicum inest corpori unico. Unitatem diligat Deus. Eam ut commendaret, primum fecit Chaos magnum, inolem indigestam, è qua omnem creaturam condere decreuerat. Ut unitatem commendaret, hominem unum plasmavit, a quo omne genus hominum prodire voluit. Ex uno omne hominum genus propagatum est. Exinde recteans, renouans, & quasi recolans hominum genus peccato dirutum, unicum voluntati sui & hominum mediatorem, hominem Deum lessam. Unus Deus unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Unicam fidem, baptisma unicum admisit. Unus Deus, una fides, unum baptisma unus, una, unum. Nunc quoque quantum in se est, respuit duos greges, duo ouilia, duos pastores. Fiet unum ouile, unus pastor. Tibi dabo claves regni celorum. Tibi unus.

*Act. 17. v.* *Tim. 2. 7.* *Joan. 10. Matt. 16. Exec. 37.* Pastor erit unus omnium eorum. Rex unus erit omnibus imperans. Unicam cupit Ecclesiam: hinc geminum populum Judaicum & Gentilem in unum coegerit Christianum.

Ephes.

## CONCIO PRIMA.

39

Ephes. 2. Fecit utique unum.  
Isa. 19. Civitas solis vocabitur una.  
Cant. 6. Una est columba mea, amica mea.  
Rom 12. Multi unum corpus sumus in Christo.  
Concil. Nicenum. Et unam sanctam Catholicam, &  
Apostolicam Ecclesiam.

Galat. 3. Omnes enim vos unum estis in Christo.  
In Ecclesia sua vult cor unicum, & animum unum.  
Act. 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.

Psal. 67. Qui habitare facit unius moris in domo.  
Ierem. 32. & Ezech. 11. Dabo eis cor unum.  
Joan. 17. Ut sint unum sicut & nos.  
Unicum in eadem vult marsupium & temporale & spirituale.

Symb. Apost. Communione sanctorum.  
Prouerb. 1. Marsupium unum sit omnium nostrum.  
Psal. 132. Ecce quam bonum & quam iucundum habere fratres in unum.

O unitas! Quam charè & amicè te excipere & renostra foret, cui Deus locum dedit ubique! Est unitas principium, à quo omnia, ut dictum est; unitas est finis, regressus, huc receptaculum omnium. Ubique unitas optima. Administrandis rebus bona. Extra omnem aliam melior est Monarchia, Democracy, & Aristocracia, tam in regno hominum, quam Dei, quod est Ecclesia Catholica, in qua consultum ut vitentur schismata, unicum esse caput visibile.

Hieronymus aduersus Iouinianum: Unus eligitur, ut capite constituto schismatici tollatur occasio, quomodo regnis temporalibus unum summum imperare optimum est, ne contingat in contraria, & ambitiosa studia, à pluralitate dominantium pullulantia, vulgus distrahi: quod Homerum demonstrate voluisse infit S. Iu. D. Iustininus Philosophus, inducendo Deos diuersos inuicem ser. exhortatrocibus prælijs infensos, & mutua in odia iurantes. ad Gentes, Virgil 2. Aeneid.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.  
Unitas optima pace, optima bello. Virtus unita fortior  
CCC + sedis.

VIII.

IX.

X.

II.

## 40. DE FILIO PRODIGO.

**XI.** *se dispersa. Hinc, comprimi, coire milites iubent Tri-  
buni, Dispersus enim populus, aut exercitus, vel cor-  
pore, vel animo, perisse censendus.*

**XII.** *Salust. lib. Iugurth. Concordia res parva crescunt, dis-  
cordia maxima dilabuntur.*

**XIII.** *Vnitas morbis, & vulneribus optima; varia enim  
medicamina & remedia plerumque patientes per-  
dunt.*

*Seneca epist. 2. Nihil aquæ sanitatem impedit quam  
remediorum crebra mutatio.*

*Plin. l. 29. Hinc illa infelicis monimenti inscriptio,  
turbæ Medicorum perisse.*

*Meander. πόλων ιατρῶν Κόδος ἐμάρτυρεν. Id est Mul-  
torum medicorum ingressus me perdidit.*

**IV.** *Vnitas in studijs bona: nec enim consultum præ-  
ceptoribus multis vti, tum loquentibus, tum mutis  
conso pro. libris.*

*Onerat Seneca l. 1. de tranquill. vitæ. Quò mihi innumerabi-  
discentē les libros & bibliothecas, quorum dominus vix tota vita  
turba non sua iudices perlegit: instruit: multoque satius est paucis it  
authoribus tradere, quam errare per multos.*

**V.** *Vtilis musicæ vnitas: vni ci enim Orlando Cæsari-  
montano est inter phonas vocis dimensiones pra-  
figere; vnius ipsius dissonantes restituere. Deniq., vnicō  
verbo ut dicā, vtilis est ad omnia vnitas: *Vnū est necessa-  
riū; quantū & bonū necessariū est, quia vnum & bonū  
connectuntur. vnum & bonū idem sunt: & quia omnia  
à magno uno fluunt, & in magnum vnum refluent.**

*D. Aug. serm. 27 de verbis Domini. Prapontur v-  
num multis, non enim à multis vnum, sed multa ab uno.  
Ad eoque optimam partem elegit prodigus adhae-  
do vnicō hero. *Adhæs vni ciuum.**

*Macrobius libr. 1. in somnium Scipionis capit. 6.  
Vnum, quod Monas, id est vnitas dicitur, & mas idem,  
& fæmina est: paridem atque impar: ipse non num-  
erus, sed fons & origo numerorum. Hæc monas initium,  
finisque omnium, neque ipsa principij aut finis  
sciens, ad summum refertur Deum.*

*Philo Judæus lib. de special. leg. Addam & illud, v-  
nitatem*

nitatem esse prima causa sine primi authoris imaginem.

¶ 111.

12. An forte ijsdem verbis *adhæsit uni*, Scruator Prodigus  
noster signatam quoque voluit adolescentis constans.  
niam, demonstrare que non solum noluisse multis do-  
minis seruire eodem tempore, sed nec imitatum insta-  
bilem usurpatam quibusdam famulis & famulabus,  
qui gustato heri vnius hebdomada una pane, p̄t̄stis  
exiguis obſe quijs, ad alios transire gestiunt? *Adhæsit*  
*vni*, idipsum etiam potest connotare. Huc, huc mili-  
tes, qui mox ut excubastis, & stationes seruasti semel  
& iterum sub p̄fecto vno, centurias, turmas per-  
curritis; cohortes & regimenta perlustratis; sub quo-  
que signo militare aueſis; sub vno duce cohiberi neſ-  
citis, tametsi belliciore ſolertioreq; meo Daniele,  
decore equitatus Burgundionis. Eiusmodi canes vo-  
latiles, & leuiorū equites armaturā merito compen-  
ſatur ſuffixionē in crucem, quandoquidem alias Tri-  
buno vni adhærentes contineri nequeant. Eiusmodi  
& alios reperias, qui vno & altero anno artem aut op-  
ficiū vnum vbi profelli fuerint, dolent ſe alteri ope-  
ram non nauare, instabiles, inconstantes: quales ex  
discipulis Iesu Christi fuerunt aliqui, qui ex capitulo  
perperam in intellecto defecerunt ab eo; vnde à residuis  
quaſiuit: *Nu. quid & vos vultis abire?* Itiuscmodi *Ioan. 6.*  
erratica sydera plura ſunt terræ, quam firmamento,  
errantia & fixa. Nec enim vix datur qui cum fortu-  
na ſua non rixetur quandoque; queratur in conditi-  
onem; fastidiat tenui agelli ſui gramen, vberiusque  
vicinum appetat. Huic eft herus, eft Prelatus moro-  
ſior; illi tenacior: Alter inhumanus eft & auſterus; in-  
dulgentior, & laxior alter; quapropter renouanda  
fortuna. Monacho eft Abbas ſecularibus plus nimio  
ſtudens; alteri ſunt fratres diſſoluti, & immorigeri:  
hinc vterque de mutando monaſterio cogitat. Optat  
ephippia bōs piger, optat arare caballus. His remedio fue-  
rit monachis & ſeruis apud ſe maturius perpendere,  
quod orbis extrema petant licet, vbiq; homines, id  
eſt, imperfectos inuenient; quod plerumque cupiens  
vitare Charybdim, in Scyllam multo pernicioſorem

*Horat.*

I.

2.

3.

## 42 DE FILIO PRODIGO

3. incidat: quod mutationis cupidus, ut ait Seneca, ab  
 Sen. l. 9. nimo inconstans sit: quod mutatio loci animam non  
 mutet: sapiens omnibus se conformem præbeat: Qui  
 4. sapit, innumeris moribus aptus erit, aiebat quidam: ar-  
 Ouid. bōr crebri transplantata nō fructificat: Quapropter  
 5. monebat S. Paulus unumquemque petere in sua voca-  
 6. tione. Et sapiens hortatur firmiter stare in via Dei; &  
 Dominus ipse spondet salutem perseverantibus.

1. Cor. 7. *Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.*

*Eccl. 5. Esto firmus in via Dei.*

*Matth. 24. Qui perseveraverit usq; in finem, hic salutem erit.*

- Viro pri-**  
**mari ad-**  
**habet pro-**  
**digus.**
- IX.**
1.  
 2.  
 3.  
 4.  
**Hiero. ad-**  
**Damas.**  
**de prodi-**  
**go.**
13. Amplius; animi egregiam indolem, nec non gen-  
 eris sui se memorem commonstravit, diligendo quem  
 de legit hec. Nec enim cuiusvis obsequijs se deuo-  
 uit, sed vni ex Principibus regionis, & cui supperebat  
 vade opem ferret milero, ni tam inhumanus exstitis-  
 fet, qualis post describitur in textu, & nemo illi dabit.  
*Ciuem elegit, Adhæsit uni ciuium.* Est porro ciuitas  
 gradus honoris in urbe, medius inter nobilem & ne-  
 gotiatorem: dicitque ciuis fixam habentem sedem in  
 loco; non palantem, ut institorem, qui per mare per  
 terras orbē peragrat, ortum solis & occulsum percū-  
 rit. Deinde, si usurpemus adhæsit uni, de Hebreorum  
 more, quos quandoque imitatur Christus & in hac pa-  
 rabola; ut sumatur unus pro primo; sicuti ibi; *Factum*  
*que est vespero & mane dies unus, id est, primus.* Et val-  
*de mane una Sabbathorum, id est, primo die;* dicen-  
 dum adhæsse primario, potissimumque ciui loci illius.  
 Amplius dicit Sanctus Hieronymus: non enim le-  
 git ciui, sed vni ex principibus, primatibus, heroibus  
 regionis; vertens, *vni de principibus, pro eo quod habe-*  
*mus, uni ciuium.* Fortassis principatum gerebant in-  
 ter primos & dominos regionis, immo omni exclusa du-  
 bitativa, si sumatur adiectuum *unus*, de more Hebre-  
 orū. Laudabiliter certè: nec enim exigua laus magnis  
 placuisse viris.

He-

Horat. l. i. epist. 17. ad Scœuam: *Principibus placuisse  
viris non ultima laus est.*

Eccl. 39. *In medio magnatorum ministrabit, & in  
conspicuū præsidū apparetibit vbiaudi vertitur magnati-  
bus ministrare. Ad hoc autem moebat prodigus,  
aut quia claro genere ortus: aut quia suis honori esse  
gestiebat, sibi honorem & gloriam conciliando offi-  
cijs & obsequijs sedulis magistrorum: aut ut mores,  
ciuitatem, urbanitatem, cõfortio scortorum, gane-  
num, comedonum, & omnigenorum impurorum, à  
desertione domus patriæ penè obsoletos, recuperar-  
et.*

1.

2.

3.

Vnde pectoris nobilitatē euincit: optimo enim  
natus loco inferiori sibi seruire abnuit, saltē nonni-  
si gloria, & honore conspicuis; generis claritatem ex-  
stinguere cauet sedulō, quin magis augere studet. Si  
forte quædam nobilitatis præcepta mente excide-  
rant, ea repeteret sub disciplina Magnatis: an hue us-  
que non optimè? En exemplar vobis adolescentes: ip-  
sum imitemini si quando herum, cuius obsequijs vos  
addicatis, queratis: plerumque etenim qualis domi-  
nus, talis & seruus. *Talis quisque efficitur, qualium so-  
cietate fruitur,* ait Sanctus Hieronymus quodam lo-  
co.

1.

Porrò, dum in scriptis S. Hieronymi lego, *Ad hæsit  
yni de Principibus regionis illius*, me fugit an intelli-  
gendas sit princeps secundum vulgi sensum; quod  
principes dicit eos quibus aula frequens, servi numeri  
xoli; quomodo forte à quibusdam potius sumatur,  
quia is in familiam suam assumpsit & prodigum vr-  
gente fame; & quia post dicitur secundum Græcos  
misisse eum in villas suas, ἡσ ἄργει pluraliter. Si  
in hoc significatu sumatur, bene, malève ei adhæserit  
prodigus ignoro: nonnullorum enim in Principum  
aulis, & Magnatum domibus multa optima, multa  
quoque vitiosa deprehendo.

Optima: ibi ciuitas, honestas, sensus commu- Laus &  
nis, prudentia, sana consilia, eloquentia, scitè dicendi vituperiū  
peritia aula.

peritia aptius & altius discuntur. Mala; vt impietas vnde proverbum, *Exeat aula qui volet esse pius*; simulates, dissimulationes, fictiones, Machiauallismus, mellis in ore, fellis in corde gestamen; vnde nunc crebro iactam, aquas curiae lustrales: vt lux, popa, epulæ Sybariticæ; choreæ Herodianæ, immitia in Lazarum pectora; Curia pauperibus clausa est; & quid non Curia plerumq; Sardanapali genuina schola. Hinc cecinimus alias hos versus elegiacos in gratiam nobis arcta necessitudine coniuncti cuiuspiam.

*Aula quid est aliud, schola quam veneranda decori,  
Omnis honestatem rusticus unde petat?*

*Aula quid est aliud, quam vel \* Stoa porticus, unde  
Prudens discedas, consilijsque potens?*

*Aula quid est aliud, quam totius orbis Athena,  
Vnde Pericles prodeat oris homo?*

*Aula sed esse solet struma ac sentina malorum,  
Exeat hinc (aiunt) qui volet esse pius.*

*Aula sed esse solet pauone superior illo,  
\* Quem laus ire rota, versicolore iubet:*

*Aula sed esse solet simulatrix, plena dolorum,  
Ora fano mellis, pectora felle tument.*

Si Principi adhæsit cui aula frequens, haud male fecisse volunt, optimæ curiae conditiones; ast certe non sine euidenti periculo, quod communiter virus potius cum araneis quam mella legimus; non vt apes, mella sine veneno.

Aut certè dubito an sumere debeam hunc Principem, pro nobili, & inter suos virtute primo: quo in sensu frequenter usurpat Cicero dictio nem Optimates, omnino similem.

Cicero Orat. pro P. Sestio: *Qui ita se gerebant, ut  
sua consilia optimo cuique probarentur, Optimates habe-  
bantur.*

Jbidem: Omnes Optimates sunt, qui neque nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti.... Optimates grauissimi & clarissimi ciues nominantur, & principes ciuitatis.

Si de eiusmodi principe intelligat S. Hieronymus, quam

*Luc. 16:  
Ouid.*

Excedit  
Moretus  
cum indi-  
ce cōcio-  
num Gra-  
natensis.  
\* Stoa, lo-  
cūs in quo  
Philoso-  
phi Stoici  
differe-  
bant.  
Proverb.  
\* Hinc  
illud:  
Laudatas  
extollit  
auis luno-  
nia pēnas.

II.

qua  
clar  
fing  
rum  
qui  
fam  
mu  
cus  
pra  
bro  
ptis  
Phi  
rare  
get  
ba  
lan  
orb  
Da  
fra  
  
qui  
qui  
ter  
op  
ro  
vte  
su  
ria  
xi  
su  
no  
tu  
til  
sti  
ser  
le

quam sapienter prodigus elegit virum probum , & clarissimum, sub quo perditus ipse reformaretur , re fingeretur, recuderetur! O vt optime ! Nec enim parum est seruire probis, cōsortio vti optimorum; quod quisq; mores facile imbibat eius cuius consuetudine familiarius vtitur; ac maximē vulgus principis. Mobile mutatur semper cum Principe vulgus, aiebat Vates priscus . Dionysius Tyrannus Philosopher restituendis prauis moribus suis accibat? Aulici omnes p̄iæter libros & pugillares nil terebant. Idem mutatus resumptis primis vestigijs valefaciebat & Philosophia , & Philosopho Idipsum & curiales . Alius quidam Tyrannus hypocritam agebat, religionem, pietatem fingebat? Aulici perpiures certatim deuotionem singebant. Hypocrisis larvam deponebat? Itidem æmulanter clientes . Regis ad exemplum, totus componitur claudiorbis. Quapropter optimus senex Isai adolescentulum nus. Dauidem in castra mittebat, exploraturum qui cum fratribus ageretur.

i. Reg. 17. Fratres tuos visitabis si recte agant, & cum quibus ordinati sunt disces . Id est, commixtionem quam habeant, & societatem discē, & sub quo militent. Quemadmodum haud parui faciendum est sub optimo p̄ceptore scientijs dare operam ( hinc Cicerio plurimum æstimabat quod Cratippo p̄ceptore vteretur filius; & Philippus Macedo Rex Alexandrum suum futurum Aristotelis auditorem; & S. Paulus gloriarabatur instructum se ad pedes Gamalielis : ) ita maximē facit ad captandum virtutem, honorem, sensum communem, optimo p̄dagogo, aut ciue domino vti. Ut enim discipulus regulariter stylum æmularetur & dicendi modum Rethoris, sub quo operam literis dedit;

Cicero l. i. Offic. Demetrius Phalereus disputator subtilis, orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere.

Ita seruus mores retinet quos imbibit domini cui seruuit. Qualis herus, talis seruus, ferr vulgaris. In somnum non venias, quin colore imbuatis : aliquantis per

cic. 1.

Offic. Ausl.

Gell. l. 9.

Noct. ca. 3.

Act. 22.

vnguentariæ tabernæ non immoraris, quin vnguenti redolcas.

Seneca lib. 19 epist. 109. Qui in solem venit, licet non in hoc venerit colorabitur. Qui in vnguentaria taberna resederunt, & paulo diutius commorati sint, odorem seu loci ferunt. Loquitur ibi Seneca de bonorum consortio.

Cur curia elegerit prodigus, & Deus permisit.

I.

Verum enim uero, ut vero simili propius accedamus, suspicer prodigum delegisse potius principem virum, principem dictum potius ad vulgi sensum, quam Ciceronis: atque famulatus delectum a malitia prodigi, & iusta Dei iustitia mactasse. A malitia prodigi; quia videri potest ibidem sperasse continuationem pristini luxus vestium, nota, & insigni gestamine Principis; fomentum priorum amorum cum meretriculis & prostibulis aulæ, insolentias, cum ephæbis sibi similibus. Aut forte tale ministerium affectauit, ut ibidem esset Vagao, leno, & corruptor aliorum, utique artis illius callidissimus. Quod crediderim, tum quia mittitur postmodù ab herio pascere porcos, quod exponunt quidam de corruptione integrorum, sed ad voluptates carnis proclivorum, vti dicitur ad eum locum; & ipse pergit nihil cunctatus, quasi in eum finem aduenisset: tum quia neendum incipit refertre eius conuersionem Christus, sed solum ubi dicit, In se autem reuersus: tum denique, quia haec gesta de accumulatione peccatorum interpretantur plerique Doctores.

A iustitia quoque Dei prodigt delectus ille, ut per hoc ipsum puniretur, à quo voluptates capessere rebatur.

Amos 5. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei ursus: & ingrediatur domum, & innittatur manus sua super parietem, & mordeat eum coluber.

II.

Enim uero, obsequi magnatibus, operosum nec unquam finis: crebra exiguntur ministeria, molestiora quam grauia: nunc præcundum; modò sequendum, & luxuriantes pallæ attollendæ: interdum deferendus est pileus, chlamys, crepidæ, & calcei ipsi; ad oscula

la pca

la pedum vsque ministrandum & colendum; noctu-  
diisque pedes & eques caritandum; quid non?

Lucian. in bis accusato: Nullum otium seruie, ne ad  
auras quidem scalpendas. Hæc omnia certe molesta fue-  
re pro digo, affuetio ministriari & coli.

Deinde, eiusmodi famulorum vi etus tenuissimus  
est plerumque: edit, qui rapit: in curia Regis, quisque  
studet suis; promptiores, laetus, vberiusque pran-  
dent. Id nec prodigo gratum, affuetio delitiosis fercu-  
lis refici ad saturitatem, & cænas pro trahere in somni  
tempus.

Hanc vi etus frugalitatem Itali adhuc retinent. His-  
pani etiam dicuntur superare, quos vir bonus Nico-  
laus Clenardus non ita dudum Latomo scribens, an-  
no 1535. vocabat raphanophagos, etiam purpuratos,  
plures interim foris famulos trahentes, quam domi  
consumant Regalias; qui que tot affecias si non gran-  
di cibo, fame ramen sustentent.

Fuit quidam apud Gentiles præclarus nominis Phi-  
losophus, qui legem tulit, ne seruo licetet cute arida  
inungi. Plato, opinor, etiam si locus nunc non occu-  
rit. Citat autem, nec nominat Chrysostomus, hom. 5.  
in epist. ad Titum.

Adhæc, exigua noxa in dominum commissa ( ò si  
crimina in Deum admisla ita vindicarent! ) asperime  
flectitur: plura flagra in equitio, quam fercula in  
mensa. Affecias in morem exceptum, dicimus vulgo  
de egregie cæsis, vnicum verbum inconsideratè elab-  
psum sufficiat ut à vertice ad calcem nouis induatur  
seruus. Ibi sunt veri Orbili.

Prou. 26 Flagellum equo, & camus asino, & virginis  
dorso imprudentium.

Eccl. 33 Cibaria, & virga, & onus asino; panis, & di-  
sciplina, & opus seruo.

Ibidem. Seruo maleuolo tortura & compedes.

Terent. in Andr. act 1. scen. 2.

Si sensero hodie quicquam in his te nuptijs fallacia  
Conari, quo fiant minus, aut velle in eare ostende-  
re quam sis callidus,

Vero

Verberibus casum te in pistrinum Dauie dedam usque ad necem;

Ea lege atque omnię, ut si te inde exemerim, ego pro te molam.

Eiusmodi supplicia leui de re inficta, prodigi licentiosiori dura erant & molesta, cui ipsa parentis indulgentia grauis fuit.

Præterea, pessimè compensantur in curijs famulorum ministeria. Testis adueniat infelix Belisarius, qui ubi Imperatorem exercitus victoriosè egisset sub Imperatore Iustiniano; ubi Gothos, Vandalos, Persas debellasset, ipsorum Reges vincitos Cæsari tradidisset, ubi iugum denuò subire coegeret Siciliam, Africam, & optimam Italie partem, quæ defecerant à Cæsare: auocatis militibus à signis; recusato sibi Italie oblatu regno; denique, affinitate iuuctus Iustiniano licet, liuore, criminacionibus, falsis accusationibus in suspicionem adductus; luminibus iubente Iustiniano orbatus est; eius bona in publicum adducta sunt, & coactus per vicos mendicare, & dicere (quæ legere, dicere, scribere, audire, cogitare non valeo sine lachrymis:) Nummum pusillum Belisario date, quem virtus extulit, atque in imum iniuria coniecit.

Psal. 147. Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum in quibus non est salus.

Psal. 59. Vanas salus hominis.

1. Reg. 17. 18. &c. Testis David, qui euersa ingens molis animata turre, Goliath, mercedis vice Saulis odium incutrit; ab ipso sepius ad necem est questus parumque absuit quin hasta confoderetur. Nolite confidere in Principibus &c.

2. Reg. 11. Testis Vrias, cui heroicorum facinorum, contemptus delitarum coniugalium, excubiarum ante fores palatij Principis, præmium fuit exponer aduerso hostis ubi fortissimum erat præmium, & deserit ut percussus interiret, decreto, & Ita nobis placet, sui Regis. Nolite confidere in Principibus.

2. Reg. 16. Testis Ionathas, cuius cum Davide arctissima necessitudo non obstitit, quo minus eius si-

lius

111.  
Baptista  
Fulg. l. 5.  
cap. 3.

Ius exhaeredaretur à suo Dauide, pridem sui dimidio.  
Nolite confidere in Principibus.

Principis seruitium, non est patrimonium, ait populus. *Vox populi, vox Dei.* Scimus probè, & plus nimio experietur deinceps prodigus, vbi vili seruitio porcis præstito non inueniet qui & ipsas siliquas tribuat. *Et nemo illi dabat.* Permisit verò Deus deligi eiusmodi ministerium, ut ingratitudinis, & inobedientiæ in parentem atrocius plecteretur.

Adde, quod offendere Principem, sit capitale, nec eorum manus effugere sit possibile, vt enim auriti sunt, aueruntque quæcumque in ipsis cfferuntur, attentantur: ita ipsis sunt longæ manus, quibus feriat lædentes, tametsi procul remotos. *An nescis longas Regibus esse manus?* Aiebat Regina ad Regis filium.

Vt tunc iras diutinas eius, utique qui nil minus didicit quam noxam donare, & beneficiorum meminisse. Obsequia, eius senso, ipsis debentur, iniuriæ ipsis non sunt sufferendæ. Officijs es prosequutus quempiam eorum, leuior pluma gratia est. In ipsum deliquisti? Grauior plumbo ira est. Mari ad furorem procliuiores sunt, sed qui in ipsis maximè difficillimè senescit.

*Fit tardè magni Cæsaris ira senex.*

Virgil i Æneid.

*Nec dum etiam causa irarum, sauiq; dolores  
Exciderant animo, manet alta mente reposum  
Iudicium Paridis spretæq; iniuria forma,  
Et genus inuisum, & rapti Ganymedis honores.*

Plaut. in Pænul. Verum ita sunt omnes nostri diuites, si quid bene facias, leuior pluma est gratia: si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

Denique, in Magnatum domibus delectabilia objecta quinque sensuum corporeorum frequentiora sunt, quam vispian. Ibi sunt epulæ, & vina pretiosa. *Ho-* *mo quidam erat diues, & epulabatur quotidie splendide.* Ecce tibi gustus. Ibi pompa, luxus, molitiae omnis generis vestium. *Induebatur purpura & byssus.* Qui molibus vestiuntur, in domibus Regum sunt; ait ipse Domi- *Ibidem.* *Matt. II.*

*Helen.*

*Paridias*

*pud Ovid.*

*epist. He-*

*roid.*

v.1.

v.1.

*Luc. 16.*

nus. Ibi Helenæ, ibi Heroides, aut natura speciosa, in arte formosæ factæ: en partim oculis; partim tactu. Ibi choreæ, & tripudia; inibi resonant lyre, cystra, sambucæ, cytharæ; ibi auditur musica & instrumenta & vocalis mei Orlando, & aliorum: en auditui. Ibi amata, vnguenta, suffimina, thymiamata; ibi vestes suæ, & fumifigate: en odoratui voluptas. Ista autem sa nec obtenta, nec illa ratione obtainenda, ei qui illa delectatur, quin & assuetus est, tormenta & cruciata adaugent longè grauiores quam si nec viderentur, audirentur. Tantalum famelicum & sticulorum magis discruciant impendentia labris poma, in quæ primere dentes nequit, & aquæ perluentes mentem quas haurire non concedit. ei, quam si eorum nulla direct, sentiret que Porro prodigus, subulcus licet, hic illuc circumcursitans & lustrans poterat haurire guttum odorem ferculorum exquisitorum; obuias hanc re Heroidas, ad instar pauonum plumes & auræ suffitas, moschatas, fumificatas, ad instar Moschorum Arabum; frequenter audire strepitum chorizantium cantorum & cantatricum, instrumentorum musico-dissonè consonorum suauem harmoniam, quibus tuta delectabatur, & assiduitate assuefiat; nec usque quaque frui quibat. Profectò ridiculum, saltare, en in sublime iactare, choros ducere intet Heroidas lopodatum, lutosum subulcum, oolidum illum gane ném inter moschum redolentes puellas; & Herculeus magis ridiculum si procari, si venustulū agere gestet. Pulpamenta illa non erant parata palato, cuius quæ suillæ non suppeterbant. Quanto tormento irritant ista! in modo vero toties discruciantur, quoties deret, audiret, olfaceret delectabile, quo potuisse posset: quisq; corporis sensus, ipsi tortori erat & magnatis quam cuiuslibet alterius ministerium iuria diuina. De ipso ista nunc sint satis.

\* Vide  
Xenophō.

l. 8. p. ad.

Cypri.

†. Pinda

rus ait O-

14. Vos vero adolescentes, quibus nihil molestis satietate & requie, qui nihil difficilius † concoquitis quam felicitatem; perperam naufragantes super

## CONCIO PRIMA.

Et uero optimo : qui à nemine minus quam à parentibus *lymp.* I.  
suffferre vulcis : qui ad quamlibet paternam monitio *Tantalū*.  
nem intentatis fugam, & transmigrationē ad exteris, nequiuissē  
sapientiores cōstare periculo prodigi; discite in theatro *concoque-*  
*huius parabolæ*, ut Deus tandem plectat istiusmodi re *felici-*  
*profligatos*; quos fame, pauperie cogit exteris seruire, *tate suā*.

quia patrium, domesticumq; iugum excusserūt. Ado-  
lescens ille prodigus, vestri similis mensa patria con-  
tentus non erat; ipsi, victus ille tenax, sordidus, tenuis,  
obscrus nimirum erat. Oculatior nimio Argus videbatut  
genitor, senex morosus, iudex seuerus, cui nil place-  
bat, qui adolescentię indulgere nesciebat: putabat pa-

trem de genere eorum qui cuperent filios *Illiō nasci* Terent.

*Senes, nasci filios senectutis, vti loquuntur Comicus, & Gen. 57.*

Scriptura sacra de Joseph; tam maturos quinquennes, *Heb.*

quam quinquagenarios : hinc ad meliora aspirauit. *Chald.*

Ast, iubente Deo, deterrora multo occurserunt. *Pro v.* Paraphræ

bertate, summa laborat indigentia: pro libertali, inge-*stes ideo*

nquoque patris seruitio, subit asperum iugum alienige-*de Joseph*

px; grane inquam, durum, vile, & conditionem suam *id dictum*

dedecens. Tandem subulcum audietis creatum. Quā *putat, q*

ta vicissitudo! *Hac mutatio dextera excelsi*, prodibant *senilem*

ista à prouidentia singulari Dei, & iustitia vindice, ip. *prudentiam*

suis demeritis provocata. Hemadolescentes, suspica *referret.*

mini non esse amplius Deo eiusmodi flagella, quibus *Psal. 76.*

vos excipiatur? *Fax eius non est exinanita*, bibent omnes *Psal. 74.*

peccatores terre. *Quod vni accidit, omnibus accidere*

Potest: ast patitur unus ut exemplo factus, alieno dis-

Pendio sapere discant cæteri. Discite quoque sub hoc

concoctore verissimum quod Poëta quidam cecinit,

nimirum, quod qui dispensare aut nescit, aut non vult

mediocres fortunas frugalitati studendo, tandem

necessitate parta cogetur æternum seruire.

Horatius libro i. epist. 10. ad Fuscum Aristium:

*Cerius equum pugna melior communibus herbiis*

*Pellebat, donec minor in certamine longo*

*Implorauit opes hominis, frenumq; recipit.*

*Sed postquam victor violens discessit ab hoste,*

*Non equitem dorso, non frenum depulit ore.*

*Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis  
Libertate caret, Dominum vehet improbus, at  
Seruiet aeternum qui paruo nesciet vti.*

*Cui non conuenier suaribus, ut calcens olim  
Si pede maior erit, subuertet: si minor, vret:  
Latus sorte tua viues sapienter Aristi.*

*Cui affulget mediocritas, finibus suis se contineat  
laetus; veritus ne plura sectatus; pauciora inueniuntur  
Non meministis ranarum Aesopicarum, quae meliori  
quarentes, deteriora inuenerunt? Et rustici, qui interroga-  
tioni cuiquam respondit, *Antigonum refodio?* Eti-  
nus decrepitæ, quæ coram Dionysio Tyranno refu-  
bat exoratis a se Numinibus ut Tyrannes tollerent  
deteriores in locum successisse, qui abiectis priorum  
virgis, flagris & scorpionibus cædebant? Et canis, qui  
potiora sectatus, omnibus frustratus est, dum per-  
quens in aquis umbram, amisit quod dentibus preme-  
bat carnis frustum? Quocirca adolescentes, si vobis  
benè est apud parentes, laeti & contenti viuere, de-  
teriora veriti. Si perperam suasi cum prodigo terga vo-  
tistis, ut perdite viuendo, vosipso cum ipso perderem-  
nec minus ipso sapite: si seruire cogimini, non nisi hu-  
ro probo, optimati, studiose: ut ipse: non sit vobis al-  
lo militia, impietatis omnis parens, vti nec ipsi Adha-  
rete domino optimo, viro probato, honesto, *Adha-*  
*uni ciuum. Ipsi*us in familiam assumpti, diligite, pro-  
tegite, seruare ipsum, & res eius æquas; studere seduli-  
cius commodo; nec leui de causa eius iugum abdic-  
atis, ut aliud subeat, vti nec prodigus. Videte ut eum  
deligatis, sub quo praui vestri mores restituantur;  
priscus uester homo recoletur, recu-  
daturque in nouum, & melio-  
rem. Amen.*

(:)

*Aesop.  
apol. 19.  
Epichar.  
Aesop.  
Apol. 5.*

CON-